PRAXIS
CAVSARVM
CRIMINALIVM,

REGVLIS non minùs breuibus, quàm doctis conſcripta,

Authore CLAVDIO DE BATTANDIER, Iuriſconſulto, Illuſtriſs. & inuictiſs. Principis, ac Ducis Gebēneſij, Nemoncíque Fiſcali ac Patrimoniali Aduocato.

Acceſſit Index locupletiſſimus.

LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ.
M. D. LXVII.

AD INVICTISS. ET ILLVSTRISS. PRINcipem Iacobum de Sabaudia, Gebēneſij Nemoncíque Ducem,&c.

CLAVDIVS DE BATTANdier humiliſſ.eius Aduocati,Operis Authoris, oratio.

Poſtquàm,illuſtriſſ.Princeps, tua eò vſque me erexit excellentia, vt tui ſtatus,Conſiliarij,& Fiſci ac Patrimonij Aduocati nitore ac ſplendore me honeſtarit ac donarit:non potui, quòd in ea pluriès verſarer arena,quin nonnihil de criminibus expiandis, agitandis, ac ventilandis, decerperem & eradicarem, quod omni ferè hominum generi, nedum tuis (quos innumeros, beneuolos, ac tuæ excellentiæ amatores, vt ſcis, ita noſti) ſubditis, è re futurum iudicarem. Dubitaui autem aliquantulùm,cui hoc Mæchanati cauſarum criminalium Compēdiolum,ſub cuius pallio deliteſcens, ſecurè per orbem volitaret,& cuius ſplendore coruſcaret & floreret,dicarem:num ad tuam,illuſtriſſ. Princeps,excellentiā, velut axilum, & honorū,ac fortitudinum bellicarum anchoram, & caput,confugerem, cui tantoperè obnoxium me,& obſtrictum, vt ſcio,ita haud eo inficias. Decreueram ,ſed media è via, tui tanti nominis fulmen, & ſublimitas me reuocabat, præcipuè quòd ferè ſuem (honos ſit

auribus) Veneri offerre viderer,& quòd in toto hoc corpore criminali, vix mica ſalis legatur. Verùm mihi,vt dixi,ſic dimicanti, tua tanta & omnibus nota,perſpecta,& explorata humanitas, me eò reduxit, vt tua excellentia hoc dicare Compendiolum, indignum licet patella operculum,haud expaueſcerem, aquei doni,Regi non abycienti, oblati non immemor. Patêre itaque, quaſo, Princeps ac Dux illuſtriſs. vt ſub tuo admirabili & honorando nomine, & nitore, hoc tui humiliſsimi vaſalli & Fiſci Aduocati, Opuſculum in æuum floreat, vt & tuam excellentiam, Neſtorei, cum Neronis quinquennio, ne effugiant anni, Deum opti. max. indies iterùm atque iterùm rogo. E` tua Annexeaquea ſeu Anneſſiacenſi vrbe, 3. Calend. Mart. 1566.

Tuus in æuum humiliſſi. Aduocatus,
BATTANDIER.

ORATIO AVTHORIS AD LECTOREM.

QVum viderem, amiciſsime Lector, frequenter & indiès criminum materiam, his expiſcandam & olfaciendam, qui in ea verſantur arena, quíque criminibus expiandis præficiuntur, & ad ea eliminanda, exterminanda, ac coërcenda, iuſtitiæ muneri & officio neruoſiſsmè aduigilant, & in eo Angeæ ſtabulum, Cleantheo labore repurgant, quòd indiès hominum malitia exuberet & abundatior (quæ, dij, malum) fluat ac ſcaturiat: meo autem muneri & officio (ſpartam enim quam quíſque nactus eſt, ornare debet, præcipuè in iis, quæ domi ferè naſcuntur: dummodò ne ſutor vltra crepidam) annexum & innatum, criminalem materiam pedibus manibúſque amplecti, & oportere ſcrutari, cernerem optimũ, & è re futurum (quàmuis hìc Chryſippum nõ agam: ita vt

Meliſſa mihi ſit opus) quæ paſsim occurrunt, & indiès obueniunt memoriæ (quam non Luculi nactum me haud eo inficias) cauſa, in apices & regulas, ſi non Herculeo, Achileo, Hectoreóve more, ſaltem pro virili, mecum viuens & habitans, contexere & coadunare duxi. Quod quum vtcunque, & pro animi & ætatis, quæ author eſt rerum, vt & temporis veritas, filia fertur, modulo præſtitiſſem, amicorum quorundam pulſu inſtigatus, & publica vtilitate, quam magnoperè ſitio & anhelo, pro qua omnis mouendus eſt lapis, mihi propoſita, quaſi araneæ filo, & ſtimulo illectus & lactatus: non potui has regulas (quàmuis non roſas, vt nec mel, aut muſas loquantur) criminales, qualeſcunque ſint, non edere, ne mihi ſoli natus viderer. Sed & vt, vel omnimodè incognitis & alienigenis, nedum viciniis, ſiqua hinc exhauriri & expiſcari vtilitatis guttula & ſcintilla queat (quàmuis in Iure Roſcius, nec legum Coryphæus, ſim, vt nec per extenſum funem noui ire) proficerem: bene enim perdit plumbum, qui illud vertit in aurum. Hæc non eò ducantur, nec ſic, quæſo, accipiantur, vt in Iure peritis, aut quibus Praxis criminalis, domi naſcitur, niſi forſitan releuandi laboris ergò, profutura (quàmuis vineta ipſémet cædam mea) crediderim, quòd non tam medulas deguſtare, quàm corticem ac tunicam arrodere, quibuſdam videar. Verùm

tyron

tyronibus has viſere regulas, non parùm, vt ſpe-
ro, proderit. Sed quòd hinc enatet & emergat
commodum, & in quem eruditionis pilum, hoc
Compendium ſepiat & ambiat, benignus ipſe
Lector, non ad ſtiuam natus, olfaciet, poſtquàm
rem bis terve ad experientiam traxerit & dedu-
xerit. Ex eo enim an fucum faciam, os alicui
obliniam, & quicquam in hamo dem, ſenile era-
dicabit iudicium. Et qui hoc criminalium cau-
ſatum Compendium medulitùs, & in cute inſpe-
ctarit, plùs commodi, ni fallor, quàm margo
ipſa polliceatur, nec pro theſauro carbones, de-
cerpet, & exhauriet. Plura multò hoc Compēdio
inſeruiſſem, & contexiſſem, niſi illud expaue-
ſcendum duxiſſem, quòd ex ſparſis aliorum velle-
ribus, vtcunque pollitam, mihi viderer ordiri &
texere telam: vel alienis riuulis, meos irrigare hor
tulos: aut alienam ſegetem mihi adſcribere: &
quòd hoc Compendiolum, ad huius criminalis
Praxis cunabulam notitiam, dignum ferè patel-
la operculum, opinarer. Rem autem omnem
medulitùs ac funditùs expiſcari peritiorem ex-
poſcere credidi, quòd difficilia, quæ pulchra, &
Delio indigeant hæc, foliis Sybilæ obſcuriora, na
tatore, ac vaporatam aurem expoſcant. Sed ad-
huc meſſis in herba eſt. Hæc inſuper non melli-
ta, ac Xenophonteïa oratione, dicta ſunt, quòd
leporibus, ſale, ac nitore careant: ſed commu-
ni & trito ſermone texta ſunt, quò vel tyrones,

omnia & paſsim medulitùs ita expiſcarentur, vt proficerent, quibus (vt tandem aliquando culmen oratiunculæ huic imponam) Neſtoreos opto annos. E'domo noſtra Forti de Raudens, in Baronia Belifortis, Ducatus Gebēneſij & Sabaudiæ: Calend. Mart.

1566.

Crim

CRiminalium cauſarum Compendium (rei ſanè ſpinoſæ, ac dumetis plenæ, & vbi quid diſtent æra lupinis, noſſe oportet: ſed vbi ſpina, ibi roſa) aggreſſuri, quædam quæ rem vtcunque illuſtrent & ditent, ſaltem viam ſternant, præmittamus oportet. Et præſciendum venit, crimen à delicto parùm aut nihil diſſidere, ſed quoad ſignificatum æquè ſonare. Delictũ enim legis trãſgreſſiõis manijs ſæpitur: hinc delinquere is fertur, qui juris limites & mœnia euolat, transgreditur & transfretat. Nam delinquere, eſt quaſi legem linquere, ſeu relinquere, id eſt, à legis præcepto deuiare, deflectere, ac declinare. Dicimus inſuper crimen in eum irrepere ac ſerpere, qui quid contra ius ſtatuat. Vt inſuper delictum aliud graue, leue aliud & tenue dicimus, eodem pede & modulo crimen metimur. Vt denique crimina à ciuilibus actionibus ſegregantur, ita & delicta: idque ſiue inſtitutionem, texturam ac gradationẽ, ſiue denique finem & exitum ſpectemus. Ciuilium enim actionum culmen ac faſtigium, eo quod partis ciuiliter intereſt, colore, vtcunque depingitur. Crimina verò ac delicta, publicæ vtilitatis vt plurimùm ſceptrum tenent, & inſpectant. Via ad imum in criminibus & delictis, maximè publicis, extraordinaria fertur: ciuilium verò cauſarum agitandarum methodus, viæ ordinariæ fuco ac colore dealbatur. Nunc itaque deſcendamus in arenam, & rem arduam ſanè, & quæ digitorum percuſſione non extricetur, Dei auxilio implorato, delphineo greſſu ferè auſpice

RECENS,
C COMPENDIOSA
CAVSARVM CRIMINALIVM PRAXIS.

SVMMARIVM.

Crimen commiſſum eſſe oportet, antequàm inquiratur.
Crimen ſine delinquēte nō eſt, vt effectus ſine cauſa.
De delinquentis perſona, non curandum, niſi ſcelere commiſſo.
Quî hodie in inquiſitione incedatur : & num.5.
Quî in priuatis procedatur delictis.
Hodie quî procedi ſoleat.
Modorum crimina expiandi, parua differentia.
Offenſus citandus, an velit accuſare, de iure.
0 *Hodie quî procedatur erga offenſum, & inquiſitionem.*
1 *Offenſo, aut hæredi eius, inſtantia ſignificanda.*

REGVLA I.

1 IMPRIMIS † delictum cōmiſſum eſſe oportet, déque eo liquere, antequàm ad communem perſonæ delinquentis inquiſitionem, Iudex migret: Etenim

Etenim priùs perſona delinquentis expiſcanda non eſt, quàm delictũ perpetratum, exploratum,
2 & Iudici perſpectum, ac cognitum ſit: † Nam vt effectum cauſa concomitatur, ſic crimen delinquentis perſonam annexam & contextam habet: hæc autem pondus habent, & robur accipiunt, ex l.j.§.item illud.ff.ad Senatuſ. Syllan. ex l.j.C. vbi cauſ. fiſcal. Lynceus Bart.(cuius dicta foliis, Sybilæ Doctòribus præponderant) nu.2.cum Rom.in l.fin.ff.de quæſtion.Hyppol.in l.ſiquis ne quæſ.ff. eod. & in conſil.lxiij. in cauſa inquiſitionis, &c. arg.l.ſi is, qui.§.ſi tu Titium. ff.de furt. vbi qualitas abſque ſubiecto haud ſubſiſtit: ſic nec reus da-
3 tur ſine crimine.† Vnde de delinquẽtis & rei perſona, cura habenda non eſt, tantiſperdum ſcelus cõmiſſum, Iudex vel in vdo notum & cognitum habeat: inciuile enim foret contra quempiam inquirere de crimine quod perpetratum Iudex ignoret. Quod gemmeum credas: aliàs enim aureo eſſet hamo piſcari, & in lente vnguentum, aut
4 gemmam inſerere plumbo. † Hodie autem Iudi-
5 ci delatum crimen perpetratum, ſufficit: † fiet autem hæc inquiſitio, hoc modo, vt poſtquàm Iudici, crimen tale, in tali loco, & tali die, in perſona talis perpetratũ, delatũ fuerit, à parte ciuili, aut Procuratore Generali aut Fiſcali, ſupplicatione id referente, Iudex cõmiſsionis & delegationis literas alicui decernat, ad inquirendum, qui extemplò delicti locum adeat, vbi ſuper eo crimine examiner, vt tandẽ probationibus ſecretis relatis, & viſis, Procuratoris Fiſcalis requiſitioni, in infor-

mat

mationum pede poſitæ, de citatione perſonali, captura, aut aliàs pro materia Iudex prouideat, ſuóque decreto conformes decernat literas, per iuſtitiæ famulum & ſeruitorem exequendas: hæc autem omnia, in ſecretis fient, ne timore, aut conſcientia victus inquiſitus, ſolum vertat, profugiat, ac erumpat: ſícque fruſtretur Iudex, & delictum ferè impunitum, ac iudicium illuſorium ſuperſit. Hæc dicta credãtur, quoad publicam vtilitatem.

6 †Quoad verò ſolam priuatorũ vtilitatem, nõ inquiſitionis via, vt nec extraordinaria (quibuſdam demptis caſibus, vt in ſuſpecto tutore, & ſimilibus) inceditur, vt tradit Palladius ille, cui hęc ſunt nota vt nemini notiora, Guid.Pap.ſing.dccclxij.

7 †Hodie eò ventum eſt, vt pars læſa, facti hiſtoria propoſita, ſupplicare ſolita ſit, quò ipſi de Com-

8 miſſario ad inquirendum prouideatur: † nec magni fit, accuſationis, denunciationis, & inquiſitionis, quoad inquirendi modum, & de delicto informandum, diſcrimen. Adde, vt iuris communis eſſe

9 credatur, ne † inquiri Iudex det in mandatis, tantiſperdum offenſus ſit citatus, & terminum ad deliberandum, an accuſare velit, habuerit: gloſſ. in c.Presbyter ſi à plebe. in verb. ſuſpendatur. ij.q.v. Bald. in l. Senatuſconſulto. C. de his, qui accuſa.

10 non poſſ. Barthol. Cæpol. cautel. cxv. † Sed hodie vſus id recepiſſe non videtur, vt etiã eo non præſtito, inquiratur: nam Caſtellani ſolent mox inquirere, vel nemine cõquerente, adito imprimis vt plurimùm offenſo & admonito, ſi accuſare velit.

11 In moribus etiam eſt, † offenſo, vel ipſius hæredibus

bus

bus inſtātiam ſignificari facere, vt adſint: etenim certa hæredibus mortem defuncti non vindicantibus, pœna ſtatuta creditur: iuuat l. indigno. ff. de his, quib. vt indig. De hac reg. extat riuulus Hypp. de Marſil. eius in Pract. in princ. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Non inquiritur contra aliquem, non diffamatum.*
2 *In Sabaudia quî inquiratur.*
3 *Fama, ad inquiſitionem, indicium ſufficiens eſt.*
4 *Hodie quî in ſpeciali inquiſitione incedatur.*
5 *Modus inquirendi hodiernus.*
6 *Corpus læſum, vel cadauer, viſitatur antequàm inhumetur: & quî id fiat.*
7 *Medici ſunt velut vulnerũ, & mortis læſi Iudices.*
8 *Modi ad quos reus recurrat.*

REGVLA II.

1 Contra † aliquem ſpeciali inquiſitione, niſi contra quem vox & fama volitet, Iudex nõ inquiret: Imol. Butrig. & alij communiter in cap. qualiter & quando. & ibi gloſſ. j. extrà, de accuſation. vbi duo neceſſariò expoſcit: crimen, putà, perpetratum priùs, & quòd is ſit infamiæ macula pollutus & inquinatus, in quem inquirendum eſſe Iudex decernit: ſecundum, quò tandem veritas expiſcetur: Ang. in l. ſi vacantia. C. de bonis vacant. Hyppol. in ſing. xiiij. ad hoc vt inquiſitio, &c. Phœnicea gl. vlti. in cap. j. de accuſation. in vj. de hac re, guſtum ſeu

ſeuit Angel.in ſuo maleficior.Tract.in verb. hæc eſt quædam inquiſitio.verſic.quartò.num.50.ibi, Quartò.& verſic.tu autem.nume.57. vbi Auguſt.
2 †De modo autem & inquirendi forma, & quî in ea incedatur,videantur hac in prouincia, ſtatuta Sabaudiæ plurima hac de re edita, & Gall. regias
3 Conſtitutiones huius rei cauſa,natas & ortas.† Famam ad inquiſitionem ſuppetere,eſt Bartol. doctrina in l.ij.§.ſi publico.ff.ad leg.Iul.de adulter. Hæc de ſpeciali dicta ſint inquiſitione, quæ vix
4 etiam hodie obſeruarentur,quòd † indiſcriminatim ſuper delatis,inquiri Iudex mandet. Generalis autẽ inquiſitio fit,nullo reo nominatim dela-
5 to.†Hodie eò ventum creditur,vt aut Scribarum alter delegetur, aut loci criminis Officiarij,aut primus Notarius loci,deputentur,idque tùm ad inquirendum,cùm ad corporis læſi vulnera, Medico præſente,expiſcanda & ſcrutanda, quò vulnerum numerus,qualitas, ac quantitas,& nota & perſpecta ſit Iudici,ante corporis ſepulturam: vt indè ictus natura,iudicari poſsit.Et hic actus,viſitatio dicitur, quæ crebriùs informationum am-
6 bitu ſepitur.† In hac autem cadaueris aut læſi viſitatione,periti,à Iudice partium conſenſu, aliàs ex officio,iurati & delegati, vulnerũ vim & robur, & ſi indè mors irrepſerit, lætalia,purà, nécne ſint vulnera,& an hinc vel aliundè mors ſerpat, referent, quò Iudex ſecuram ferat ſententiam: iuuat l.ſemel.& l.vlt.de re militari.lib.xij.C.& l.j.§.j.& l.iij.ff.de ventre inſpic.c.ſignificaſti.l.extrà,de homicid.l.cùm ita.de verb.oblig.l.comparationes.

C.de

C.de fide inſtr. Plurium autem, aut vnius relationi, ſi plures haberi nequeant, ſtandum creditur: arg. §. quòd autem. in Auth. de non alienan. col. ij. belliſsimè Bart. in ſuo Tract. de percuſsion. idque,
7 † vel ſi ſolam referant credulitatem, quòd nõ tam vt teſtes, quàm vt eius articuli coniudices, videantur: dicta l. j. ff. de ventre inſpiciend. Tangam infrà, regul. clvij. numero 11. fit etiam & ſcitè vt Iudex ipſe cadauer viſet & viſitet, reo præſente, & defunctum recognoſcente, antequàm putà, inhumetur: & de hac re fiet ſcriptura per Iudicem, Scriba omnia literis conſignante, quæ viſitatio di
8 citur. Poſtquàm autem reus citatus fuerit, † aut ſeſe iudicio ſiſtit, aut eſt contumax, aut ad Procuratoris munus & officium, velut ad deos confugit. De his omnibus infrà, ſuis locis pedetentim dicetur: de his verò Medicis latiùs, reg. cxvj.

SVMMARIVM.

1 *Quinque expiandorum ſcelerum viæ.*
2 *Qui hi modi diſcrepent.*
3 *Hodie parua inter hos modos, differentia.*
4 *De clauſula, Super quibus omnibus, &c. libellis criminalibus, contexi ſolita, & quid operetur.*
5 *Quòd hac clauſula, loco concluſionis inſeratur.*

REGVLA III.

1 IVris eſſe communis creditur, vt † ad crimina expianda, exterminanda, ac eliminanda, quò ea expiſcentur, per accuſationem, denũciationem, inquiſitionem

ſitionem,exceptionem,& in notoriis extraordinariè incedatur:mellitus tex.in cap.licet Hely.de ſymo.extrà,l.cum ſuppoſiti.C.de falſ.vbi de accuſatione:& l.ea quidem.C.eo.vbi de denunciatione:& l.ij.C.de abolition.vbi de inquiſitione,& cap.inquiſitionis & pulchrè in c.ſuper his.extrà, de accuſation.vbi etiam de exceptione,ne dicam de præcedentibus:de extraordinaria cognitione, text.in cap.euidentia.& cap.qualiter & quando. §.ad cogendos.extrà,de accuſat.l.j.ff.de extraordin.crimin.cap.ad noſtram.extrà,de iureiur.cap. vlt.de cohabitat.cler. c.ſcelus.ij.q.j.& cap.de manifeſta.ead.quæſt.horum guttula irrigatur malef. Tract.Bonifa.de Vitell.tit.quot modis ſuper malef.proced.cum tit.ſeq.Idem voluit Alber.de Gandin.in ſuo malefic.Tract.in fin. prooemij.& titu. ſequen.per ordinem:Phœnicea gloſſ.rubrica in l. querela. C.ad leg.Cornel.de falſ.Specul.tit.j.lib. ij.& tit.quæ pœna per inquiſition.in princip.lib. iij.cum titu.ſequen.Angel.in ſuo malef.Tract.gl. j.†Inter hos incedendi modos,diſcrimen aſsignás hoc:vt ex officio Iudex inquirat,pars accuſet,Officialis verò denunciet:† quod diſcrimen hodie locci,ac parui vtplurimùm,fit:nec qua via in criminibus expiſcandis,incedatur, Iudici ſtudio,aut uræ eſt, ſi modò criminum exterminandorum lo,id fiat:vt in ciuilibus,actionũ nomina, haud ſiderari,& in vſu,& omnibus in vdo eſt: præcie quòd† clauſula,Super quibus omnibus,&c.li llis adiici ſolita ſit:de qua ſcitè Angel. d.Tract. verb.qui dominus Iudex,vt ſuprà.verſic.quid ſi.

per adiectionem.num e.8.congruit huic rei clem. ſæpè.de verb.ſign.quod arriſit Guidoni Pap.deciſ. lviij.nec diſplicuit Nicol.Boër.tit.de iuriſd.omn. Iud.§.ij.gloſ.j.col.iiij.applaudit Guiliel.Bened. in ij.§.repetit.cap.Raynutius.verſic.ſi abſque liberis. in materia fideicom.ſubſtitut.latè & ſcitè Angel. d.Tra.in verb.Super quibus omnibus & ſingulis,
5 per tot.vbi Auguſt.† vt in criminalibus,loco con cluſionis, ponatur hæc clauſula,Super quibus omnibus,&c.peto iusiuſtitiámque miniſtrari,quãuis in ciuilibus cauſis certa ſit concluſio texenda ac erigenda:& ita conſuetudine obſeruari, eò loci nume.1.Aug.atteſtatur.His addatur Angel.dicto Tract.in verb.& ad querelam.verſi.mero officio. nume.1.cum ſeq.verſic.Tangam infrà, reg.6.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Accuſare,nemo cogitur.*
2 *Recuſari Iudex quando poßit,& quando non.*
3 *Reaccuſare quando reo liceat,& quando non:& nume.4.5.7.8.& 9.*
6 *Exceptio peremptoria,admittenda.*
10 *An reaccuſatio,criminis accuſati cõdemnationem ſuſpendat,& quando.*
11 *Accuſatio,quid ſit.*
12 *Denunciatio,quid ſit.*

REGVLA IIII.

1 ACcuſare, †hoc in Sabaudiæ regno, vt nec denũciare,vel ſi ius Fiſci abdatur cogitur nemo: l.vnica.C. vt nemo inuit.

a g.

2 ag.& ſtatut.Sabaud. tit.xcij. lib.ij. † Reaccuſare autem,de graui & manifeſto crimine, inſinuatus,
3 non creditur,† aliàs ſic:arg.text.in cap.propoſuit. in fin.extrà,de appella.& cap.quod ſuſpecti.iij.q. v.etiam in arg.vbi de recuſatione Iudicis,& quòd admittatur ſecũdum dictam diſtinctionẽ: quamuis hodie ex iuſta cauſa indiſtinctè admittantur: ſed adfero Phœniceos tex.in l.is, qui.ff.de public. iud.& l.neganda.C.de his,qui accuſ. non poſſ.canonizata in cap.negãda.iij.q.xj. vbi in neminem, nedum accuſatorem, ad reaccuſandum admitti reus videtur:tangit Specul.tit.accuſat. crimin.à quo fieri permit.lib.iij.At vlteriùs Iuriſc.Vlpian. in dicta l.is qui graditur, quærendo, quid accuſatione finita,ſiue reus damnatus,ſiue abſolutus dicatur.Et tandem hoc admiſſo, illum de graui crimine conuictum,vnde infamia manet & fluat,repellit:inchoatam autem ante damnationem, admittere in dicta l.in fin.creditur. Et ita fere Bart. eam legem in princip.& nume.7.enodat.†Excipi tamen ab hac regu.ij.parte.propriæ iniuriæ,ſuorúmq;,ſiue perſonalis,ſiue realis,caſum, itum eſt: x l.qui iudicio. ff.de accuſat. Barto.in dicta l.is, ui.nume.2. Idem in aliis, ſi non par, aut maius iiciatur crimen, aut niſi in modum exceptio-;,aut iudicis officio edatur:dicta l.neganda.vbi œnicea gloſſ.vlt.& ex dicta l.neganda. cuius is etur ſenſus ſincerus:vt ſuam ſuorúmque iniu-roſequẽdo,reaccuſans,indiſtinctè, ſed alius, niſi grauius crimen reus proponat, audiatur: præſtito grauius priùs diſcutiatur oportet.

5 l.j.C.de his qui accuſ.non poſſ. † Additur & alia declaratio, vt crimen præiudiciale, reus accuſa-
6 tori obiiciens, audiatur: † Ita Bartol.eò loci.nu.1. auxilio l.j.C.de his qui accuſ.non poſſ. fultus & innixus, hanc addens & cōtexens rationem: quòd exceptionis peremptoriæ ſpecimen (quam admit tēdam nemo neſcit: l.ſi maritus. §.præſcriptiones.
7 ff.de adulter.) præ ſe ferat. † Non deſunt, qui reaccuſandi reo fas eſſe, licet non proſequendi tantiſperdum ſeſe accuſationis onere, exuerit & exemerit, vt eo ſaltem finito, incœptā reaccuſationem, ante cōdemnationem, proſequi poſsit autument: dicta l.neganda.& dicta l.is, qui.ij.reſpon.ita enu-
8 cleat Bartol.in dicta l.is, qui.nume.1. † Idem in calumnia, & crimine connexo, creditur: vt per
9 Bart.eò loci. † Idem ſi pars non opponat: ibidem Bart.nu.8.vbi plura per eum dicuntur, quæ hîc non inſero, ne alienis riuulis meos irrigare hortulos videar. Nec eſt Bart.ibi num.7.in eo miſſus
10 faciendus, † an poſt condēnationem, ratione obiecti & reaccuſati criminis, executio in pendulo ſubſiſtat, nécne, & quando. Quòd autem in criminalibus reconuentioni nō ſit locus, extat dictum Phœniceum Hyppol.de Marſi.§.expedita.nu.68.
11 † Accuſatio autem iis finibus ſepiri, & enucleari creditur, vt nihil aliud ſit, quàm rei delatio apud
12 Iudic.vt ille puniatur: l.libell.ff.de accuſat. † Denunciare vero, eſt certiorem Iudicem de crimine commiſſo, facere; quò, ſi videat, vlciſcatur: l.ea quidem.C.de accuſation.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Cuius ſit accuſare.*
2 *In priuatis, cuius.*
3 *In publicis, cuius.*

REGVLA V.

1 IN † damnis datis, ac illatis, accuſandi ius illius eſſe creditur, ad quem res, vel iure dominij, quaſi, aut poſſeſsionis iure, pertinet: Bart. conſil. xv. lib. ij. conſil.
2 † Quod intellige quoad priuatum intereſſe, & in priuatis delictis: quamuis ſit infamis: Specul. lib. iij. tit. accuſa. crimin. à quib. fieri permit. fultus l. j. & ij. ff. de priuatis delict. Quoad verò † publici criminis accuſationem, quilibet integræ & teretis famæ, admitti creditur: in princip. verſi. publica autem. inſtit. de public. iudic. Hodie autem, ſolus Procurator Fiſci, admittitur ad publicum. Id quod intereſt & quilibet facere partem, poteſt. quādo autem quis repellatur, delibauit Hypp. de Marſilan ſua Practi. §. conſtante. nume. 34. cum ſequen.

SVMMARIVM.

n ciuilibus, libellus obſcurus, parte non opponente, rcedit.
rcus creditur in criminalibus, quinimò negotij diverſitas, ex loci & diei differētia enātare creditur.
criminalibus, libellus debet certitudine beari.

4 *Accuſator non debet cum rei iactura vagari.*
5 *Crimen confeſſus, libelli ineptitudine non iuuatur.*
6 *De anno, die, mẽſe, hora, & alijs neceſſarijs in actoris libello.*
7 *Quî concludatur in libellis criminalibus.*
8 *Actore ineptè agente, quid fiat.*

REGVLA VI.

1 LIcet † in ciuilibus, parte non opponente, libellus generalis & obſcurus: procedat: Phœniceus text. in l. fin. §. ſancimus. C. de annuali exceptio. attamen
2 † in criminalibus, etiam parte non excipiente, extruditur fauore rei: Bald. non Talpeus in l. edita. nume. 10. C. de eden. Alexand. conſil. lxxij. col. iij. verſic. & licet. volu. j. Hyppol. conſil. xlix. donandus. col. fin. maximè vbi loci, aut temporis diuerſitas, varia arguerent negotia: hæc deguſtat Ange. ſuo in malefic. Tract. in verb. qui dominus Iudex. nume. 8. cum ſequen. vbi quaſdam ſerit limitatio-
3 nes. Quòd autem † accuſatoris libellus, certitudine & beandus & donandus veniat, extat l. libel-
4 lorum. ff. de accuſation. cum aliis. † Nec enim debet accuſator, cum æſtimationis alienæ iactura, & diſcrimine, vagari: facit l. ſi in rem. ff. de rei vendi. diem & horam ac locum ab accuſatore enucleandum, conuincit alibi rei, vt aiunt, proponendum pluries, & probandum propoſitum: regulam noſtram fulciet text. in l. in cauſis criminalibus. C. de accuſatio. cum gloſſ. vbi de libello Babylon

5 bylonio campo: † Confeſſus tamen crimen, hac exceptione, vix in defenſionum datione, iuuaretur: d. Ang. in verb. comparuerunt dicti. nume. 4. vbi proceſſus ineptitudinem, quam nullitatem vocant, obiicere, huic fas non eſſe credidit. His pondus addit text. in cap. j. de accuſation. in vj. quibus addatur Ang. in verb. de anno præſenti.
6 nume. 1. & ſequen. † vbi an locus & tempus neceſſariò exprimi debeant in libello; & nume. 13. cum duobus verbis ſequen. nume. 1. 14. & 15. vbi de anno, die, nocte, & hora: de horum requiſitorum exceptione, & quãdo opponi debeat, Alber. de Gandi. in ſuo malefic. Tract. tit. qualiter fiat accuſatio.
7 nume. 5. & 6. vt ante ſententiam id fiat. † In criminalibus hodie concludendum, vt ſecundum iuris & ſtatuti formam, reus condemnetur, mordicùs tenet d. Angel. in verb. hæc eſt quædam. nume. 66. quem videas: guſtum ſeni ſuprà, regu. iij. nume. 5. hanc ſecũdam regulæ partem, iuuare videtur tex.
8 in cap. examinata. de iudiciis. extrà, vbi † ineptè agens, tunc repellitur, & reus ab inſtantia liberatur, actori, iure, alio in iudicio agendi ſaluo: probatum tamen aliter quàm propoſitum, ſcelus, eadem inſtantia, cauſarum ac inſtantiarum circuitus, & multitudo conuincere ex æquo & bono, videtur: arg. l. quidam exiſtimau. ff. de rebus cred. in fin. princip. Deguſtabo infrà, reg. lxxvj.

SVMMARIVM.

1 *Vbi de crimine agatur.*

2 *Vagabundus, omnium ſubit curiam.*
3 *Remiſſioni criminoſi, quando ſit locus: & quot requirantur, nume. 4.*
4 *Enucleatio dicti, Vbi te inuenero, ibi te iudicabo.*
5 *Quid de delicto alibi perpetrato, extra, putà, domicilij territorium, an de eo, domicilij Iudex & inquirat, & iudicet: & nume. 6.*
7 *Remittatur, & quando clericus, aut laicus, ad eccleſiaſticum, aut ſecularem Iudicem.*

REGVLA VII.

1 VBi † de crimine tractari, quæri, & finis inponi poteſt, vbi vel crimẽ perpetratum fertur, vel domicilium habet reus, aut vnde originem ipſe duxerit: text. in l.j. & Authen. quæ in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. l. in criminali. C. de iuriſdict. omn. Iud. Sed an & quando remiſsioni ſit locus, ſcitè Bartol. in dicta l.j. deguſtat, nume. 1. vbi
2 gloſſ. in verb. reprimitur, non † paſsim nec ab omnibus reum puniri, ſed à prænominatis Iudicibus (vagabũdo dempto) tantùm, credidit, quin-
3 imò † remiſsioni locum eſſe, vel ſi ſit (vt eò loci Bartol. nume. 4. in fin. & nume. 5. ait) Imperator aut Rex cuius authoritate reus intricetur & detineatur, ſi in reum, ius & imperium aliundè non ha-
4 beat: Quod autem † dicitur communi & vulgari ſermone, Vbi te inuenero, ibi te iudicabo, &c. de Deo, cuius vniuerſalis & omnium locorum, eſt iuriſdictio, verba fieri, à Bartol. & cæteris eò loci, cred

creditur.& qui in contrarium agunt, ac reos, remiſsione abnegata, detinent & iudicant, & ius tertij lædũt, & in iuris, vel diuini, præcepta irrepunt: quod eſt Phœniceum, contra quoſdam vicinos, indies talia perpetrantes. De huius regulæ neruis, vi, ac energia, eſt quaſi Babyſonius campus apud Albert. de Gand. in ſuo malefic. Tract. tit. vbi puniatur delinquens, per tot. Angel. conſil. clxxvj. Aret. conſil. lviij. Bonifac. de Vitell. in ſuo malefi. Tract. tit. de falſis. nume. 33. vt autem remiſsioni ſit locus, quæ expiſcanda veniant ſcitè enucleat & enodat Guid. Papa deciſ. ccij. vbi ſex requiri credi-
5 dit, quæ ibi enumerat: An autem † in loco domicilij, vel originis, delicti alibi perpetrati, prætextu, inquiri queant, idem Albert. expiſcatur loco præalleg. tit. vlt. vbi in negatiuam partem, repete videtur: In cõtrariam partem, quò delicta pœna condigna, donentur, nec impunita floreant, videtur iuiſſe Ang. in ſuo malef. Tract. in ſi. prin.
6 gloſſ. j. † In cuius affirmatiuam ſententiam, vt hodie paſsim ea vegetat, ita pedibus manibúſque eo. Huius reg. micam quis exhauriet ex tex. & gloſ. in
7 c. j. & ij. iij. quæſt. vj. † Quoad inſuper ad eccleſiaſticum Iudicem remittendum reum præuentum, ſcilicet deguſtat Guido Papa, deciſ. lxiij. & deciſ. dlxij. Verùm in mixtis criminibus, quemlibet Iudicem, in ſuum crimẽ expiſcari, idem tenuit deciſ. clxxviij. putà, vt laicus in laicum, & clericus in clericum reum ius dicat. His tamen addatur artic. v. ſtili ſupremi Senatus Sabaudiæ.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor modis quis delinquit.*
2 *Pulchra delinquendi modorum expiſcatio.*

REGVLA VIII.

1 QVadruplici † via ac methodo, quis in crimen irrepit, & præceps cadit: facto, putà, dicto, conſilio, ac ſcriptura: l. ex maleficiis. ff. de actio. & obligat. Hectorea Baldi doctrina in l. data opera. col. iij. nume. 9. C. de his, qui accuſ. non poſſ. in iure Achilles Ang. Aret. ſuo in malef. Tract. in verb. Caium
2 Sempronij. nume. 1. † Aliam contexit & depingit ſuo Herculeo more, delictorum ſectionem Alber. de Gandi. in ſuo malefic. Tract. tit. de pœnis reo. nume. 2. Nam, inquit ille, aut quis cogitat, agit, & faſtigium imponit ac perficit: aut cogitat quidem, verùm cogitationis mœnia non euolat, nec excedit: aut non cogitat, agit tamen, & culmen imponit: aut vt nec cogitat, ita nec agit, nec perficit. quæ membra pedetentim enucleando, & proſequitur & illuſtrat, ſua quæque pœna donando condigna. Huic regulæ congruit l. aut facta. ff. de pœnis: vt de pluribus delinquendi generibus.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilis debiti nomine, quis regulariter carcerum vinculis non irretitur: in criminali tamen caſu, ſecus, & quando: & num. 8.*

Quî

2 *Quî & quãdo priuato, reum criminis, & capere & detinere liceat.*
3 *Quî & quando Iudici, & an in propria rei domo.*
4 *Mulier non pecuniarij debiti nomine, ſed ſceleris capitalis, aut ſimilis cauſâ, includitur.*
5 *Quî hodie cum ſceleſta muliere agatur.*
6 *Hodie quî ad capturam ſceleſtorum eatur.*
7 *Debitor ciuilis fugitiuus, ſeruatis ſeruãdis, capietur.*
8 *Debitor captus euadens, poteſt in domo capi.*

REGVLA IX.

1 ETſi † ciuilis debiti prætextu & colore, quis crebriùs carceris vinculis non irretiatur, nec intricetur: perſonali obligatione, & ſententiæ executione, & quibuſdam demptis: criminis tamen capitalis, aut alterius ſanguinis effuſionem redolentis, nomine, in ipſo flagranti delicto, reus, vel à priuato, nedum Iudice ac Magiſtratu, & capi & carcerũ nexu irretiri poſſe creditur: quod ſic accipias,
2 † ſi priuatus mox, aut ſaltem intra viginti horarum ſpacium, ſi id loci diſtantia & interuallum patiatur, captum & detentum, ad Iudicem, & Magiſtratum loci duxerit: Lynceus tex. in l. j. C. de raptu virgin. & l. capite quinto. ff. de adulte. cum ibi notat. Aliàs priuato capere non licere, vt nec illo caſu vlteriùs retinere reum, quin in eum priuati carceris crimen irrepat, communi calculo itum
3 eſt. l. j. C. de priua. carcer. † Iudex autem, vel è propria domo, reum exhaurire & extrahere poteſt: l. j. C.

j.C.de off.di.Iud.cum notat. in l.nemo. ff. de reg. iur.hæc Phœnicea & Achilea Bartol.in eo ferrei, ac aurem mordaci loti aceto,doctrina, in l.ſacrilegij.§.cum eo.nume.2.& 5.ff.ad legem Iul.pecu. & Angel.ſuo in maleſic.Tract.in verb.quod fama publica.nume.71.Quis autem Iudex, hanc habeat facultatem & quod ordinarius habẽs imperium, non alius,enucleat Hyppol.de Marſil.in eius Prα-

4 cti.§.attingam.nume.77. † Mulier autem, ciuilis, vel fiſcalis,debiti colore, non intruditur.l.j.cum Authen.ſequen. C.de offic.di.Iud.At verò, criminis pecuniarij prætextu, fideiuſſoribus demandatur:ſin corporalis fluctuet & volitet pœna, lacertosè cuſtodienda,aut in monaſterio,aut alibi, per mulieres,venit: Authen.hodie. C. de cuſtod. reo.

5 †Hodie autem,aut eo modo cuſtodiæ delegatur, aut in carcerem detruſæ, aliis eis cuſtodiæ cauſa,

6 ſociis datis,includuntur.† Hodie inſuper eò ventum eſt vi ſtili ſupremi Senatus Sabaud.ar.ccciij. eſt(quod & Gallis arridet)vt nõ niſi informationibus & capturæ mandato,anteeuntibus, quis reus capiatur, criminis flagrantis, aut fugæ ſuſpectæ, caſu excepto:& hoc caſu,intra triduũ Iudici hoc denunciabitur: ſecundum ſtatuti Sabaudiæ formam,cap.lxxxviij.lib.ij.Sed dicti ſtili verba, non maiores Iudices,ſed Caſtellanos ac minores, ſuo ambitu ſepire videntur:quo fit,vt in aliis,iura cõmunia florere credantur, quamuis indiſcriminatim illo iure vtamur.Quoad autem ciuilia debi-

7 ta, † ſi debitorem creditor veriſimilis fugæ ſuſpectum dicat, caueátque ad formam ſtatuti Sabaudiæ

diæ,cap.lxxxvj.lib.ij.etiam ſine literis, ac ſolo verbali Iudicis aut Caſtellani mādato, capi debitor & detineri poterit:vt ibi, de Iudicis captura, maximè præcedentibus informationibus, aut reo de fuga ſuſpecto,Hyppol.de Marſil.§.conſtante.nu-
8 me.5.& 6.de debito ciuili,& quòd † captus euadens, poſsit in domo capi,idem Hyppol.eius in Pract.præalleg.§.vlteriùs.num.2.mordicùs tenet.

SVMMARIVM.

1 *Duplex Iure ciuili,crimen,nec omne infamiam irrogat.*
2 *Iure canonico, omne publicum creditur, & infamiam inſtillare.*
3 *Hodie, vel priuata delicta, extraordinariè inſequimur,& quando.*
4 *Multiplex criminum ſectio, & quod capitale, & quod non capitale.*
5 *An pœnæ corporali de iure canonico,ſit locus.*
6 *Graue ſcelus,quod dicatur,& quod leue.*
7 *Crimen,quod ordinarium, & quod extraordinarium dicatur.*

REGVLA X.

1 ETſi de Iure ciuili, † aliud priuatum, aliúdque publicū crimen eſſe itum ſit: tit.de pri.delict.& tit.de pub.iud.ff.§.j. Inſtit.de public.iud.cum id genus iuribus infinitis: nec omnia hæc indiſtinctè, infamiæ

miæ maculam ac labem, irrogent aut ingerant.
2 §.ex quibuſdam. Inſtitu.de pœna temer.litig.† Iure tamen canonico ventum eſt, vt, & omne crimen ſit publicum, ita & infamiæ ſcintillam inſtillare & intrudere: Phœnicea gloſ.ij.in verb. fures. in cap.infames.vj.quæſt.j.guttulam ſenit Bald.in rubr.C.de his, qui accuſare non poſſ.nume.8. Auguſt.Arimin. apud Angel.in ſuo malef. Tract.in verb.& ad querelam Titij.nume. 47. in hac delitescere ſententia Ioan.Fabri, in §.vltimo. ſuper gloſſ. Inſtitut. de pœna temer.litig.aſſerens: huic
3 rei argumento eſt, quòd † hodie vel priuata crimina, vt furta, atroces iniurias, & ſimilia, via vtplurimùm extraordinaria, more publicorum iudiciorum, inſectemur, præcipuè ob publicum Fiſci intereſſe: vt alibi hoc in Trac.ſparſimus. nec ſupremi Senatus Sabaudiæ ſtilo, publica à priuatis in eo ſecernuntur, ſi modo corporalis pœna, exilium, aut mulcta (vt ſic dicam) honoraria, hinc enatare credatur, artic.clxxxij. cum duobus præ-
4 ced. communi tamē iure, † aliud publicum, aliud priuatum dici ſolet: vt dictum eſt. Aliud inſuper capitale, vnde ſanguinis pœna: aliud nō, vnde pecuniaria emergat: in princip. Inſtit.de public.iudic.& l.ij.ff.eod.& ibi multus eſt Bart. Specul.
5 in titu.de accuſat.nume.2.lib.iij.vbi an † de Iure
6 canonico pœnæ corporali ſit locus.† Aliud denique graue ſcelus adfertur, vnde vltimum ſcaturiat ſupplicium, membríve abſciſsio inferatur: Aliud tenue, leue, ſeu non graue: Idem lib.iij.titu.ij.nu-
7 me.9.† Aliud ad imum crimen ordinarium, cer-
ta

ta donatum à lege pœna, aliud extraordinariũ, arbitraria ferè, ex circunſtantiarum diuerſitate, & pondere: idem d. tit. de accuſatione, in principio.

SVMMARIVM.

1 *In capitalibus, reus edere contra ſe, vel Fiſco, nõ tenetur: licet in ciuilibus & leuis ponderis criminibus ſecus.*

2 *Tertius, tenetur Fiſco edere.*

3 *Iudici, vel reus edere tenetur.*

4 *Editionum harum finis, vt veritas habeatur.*

5 *Fiſcus an alteri edere teneatur, & quando.*

REGVLA XI.

1 IN † capitalibus & atrocioribus criminibus, reus contra ſe etiam Fiſco, nec acta nec inſtrumenta, vt nec alia edere cogitur: quamuis in ciuilibus, & leuis ponderis criminibus, ſecus: l. nimis graue. C. de teſtib. aureus & Lynceus text. in l. ij. §. item diui. cum Phœnicea gloſſ. (quæ non aureo hamo piſcatur, vt nec in lente vnguentum) in verb. agatur. ff. de iure Fiſci. vbi iuris Achiles Bart. verſic. tertio modo. Alexand. conſil. cxxij. viſa. col. fin. volu. j.
2 † quiſquis tamen alius nõ conuentus, Fiſco edere in quacunque cauſa, obnoxius creditur: d. gloſſ. in
3 fi. † Vt & quicunque, etiã reus, omnia Iudici edit l. is, apud quem. C. de eden. Et ita conciliata & pacata creduntur iura, Tyria maria concitantia, & oleum

oleum camino addentia, in d.l.is,apud quem. & in l.ne quiſquam.ff.eod.cum dicto §.item diui.qui ipſemet depingit rem hanc coloribus. Iuuat reg. l.j.ff.de bon.eorum, qui mort.ſibi conſc.vbi quacunque via, rei criminis, ſanguinem redimunt, ergo & iura abdendo & non edendo: congruit l. vlti.in fin.C.de eden.& l.de minore.§.tormenta.
4 ff. de quæſtio.† hæ autem editiones, eò tendunt, quò veritatis fides,quæ inſtrumentis vtplurimùm fit habeatur: d.l.is,apud quem. Sed quid de Fiſco,
5 † an contra ſe quicquam edere parti teneatur: de hac re videtur text.in l.iuſtum.C. de eden.melior in l.illatæ.C.de fide inſtrumen. vbi Paul.de Caſt. & crebriùs hunc edere nō teneri,itū eſt:rationum caſus tamen,ex dictis iuribus, demptus creditur.

SVMMARIVM.

1 *Reus comparens, ante omnia auditur ſuper oneribus ipſi impoſitis.*
2 *Hodie vbi audiantur rei.*
3 *Rei reſponſiones, mox Fiſco eduntur.*
4 *Reo dilatoriam aut peremptoriam allegante, quid.*
5 *Declinatoria & dilatoria, ante litis conteſtationem, ſed peremptoria etiam poſt proponitur.*
6 *Quid iuris, ſi reus faſſus legatur, & qua via incedatur.*
7 *Quòd origine, accuſatio à defenſione differat.*
8 *Concluſionū Fiſci copiam, quādo reus adipiſcatur.*
9 *Quando item accuſator.*
10 *Quid iuris, confeſſione innocentiæ admixta.*

Repetit

11 *Repetitioni & confrontationi, quando ſit locus.*
12 *Teſtes reprobationum & iuſtificationum, ore rei proprio nominabuntur.*
13 *Ad ſententiam vſque, reus ſe tuetur.*
14 *Reprobationum & iuſtificationum probatio, cuius fiat ſumptibus.*
15 *Huius probationis nomine, conſignanda ſumma, & à quo.*
16 *Reo abnuente crimen, quî incedatur.*
17 *Pœna Aduocati, aut Procuratoris, reum reſpondere inſtruentis.*
18 *Reo reſpondere abnuente, quid iuris.*
19 *Hincinde probationibus habitis, quid iuris.*
20 *Re ab initio leui, quid iuris.*
21 *Quî reus præſens incedat.*
22 *Quando Procuratore reus præſens vtatur, & quando non.*
23 *Quî reus præſens cuſtodiatur.*

REGVLA XII.

1 IN † criminibus, reus comparens, aut carcerum vinculis, vel arreſtis intricatus & detentus, auditur imprimis ſuper crimine delato, & quod informationibus ſepiatur: idque pede (vt plurimùm) ligato, & in carcere, aut arreſtis, illaqueatus, ſecũdum criminis pondus ac grauitatem, aut aliàs, vt in l. j. & ij. in princ. ibi, vt ex vinculis cauſam dicat, &c. ff. de cuſtod. reor. iuncta l. ij. verſic. niſi tam graue, &c. eo. tit. auxilio l. ij. C. eod. circa med. quam-

2 uis † ea non ſit in obſeruantia,vt audiantur inqui ſiti apud acta, ſed regulariter in carcerum loco huic rei dicato,interrogētur, & audiantur. Solent enim hodie Iudices,non à carceribus detentos ad acta adſciſcere,ſed ad carcerum certum migrare locum,vbi carcere proprio extractum delinquentem,deductum audiant & interrogent,eorum criminali Scriba præſente, omnia literis conſignan
3 te: † Cuius rei reſpõſiones habitæ,mox Fiſci Procuratori deferuntur: quò hic Aduocati Fiſcalis & Principis conſilio,& ductu,ſecundum negata, aut data, requirat & concludat:qui,ſi declinare ipſum reũ iuſtè viderit,ius ſuper eo imprimis dici non impediet (quod quando id fiat, videatur Ioan.And.Tractatus,poſt malef.Tract.Bonifa.de Vitell.collocatus, vbi ſcitè & quaſi Sybilina do-
4 ctrina) † Sin ſuper principali negotio, aut dilatoria,aut peremptoria exceptiõe incedatur,ſine harum præiudicio vlteriùs eatur oportet,vt infrà dicetur, & guſtum nobis ſatum reliquit Albert.de Gand.in ſuo malef.Trac.tit.quid ſit agendum reo
5 præſente.vbi etiam † de aliis exceptionibus dilatoriis,ante litiſconteſtationem, & peremptoriis, ad ſententiam vſque,& adducendis, & probationum pondere ditandis: ex ſing.l.ſiquis.C.de exceptio.& l.ij.C.ſenten.reſcind.non poſſ.gl.in verb. tractari.in l.ſi maritus.§.lex Iulia.verſic.praſcri-
6 ptiones.ff.ad legem Iul.de adult. Quòd † ſi dictus Fiſci Procurator,ſimplici & pura rei confeſſione, litem abſumi & exanimari poſſe cernat,tam ipſe quam pars ciuilis,reſpectiuè,ille,putà Reipub.ſeu domin

dominij:hæc verò priuato nomine concludat definitiuè,neceſſe eſt,harum concluſionum reo,extenuandi cauſa,copia danda:tunc enim,vel periti conſilio,reſpondendi reo his concluſionibus,fas erit,quamuis ſuperiori in auditione & reſponſione,ſecus,ſed ore proprio debeat de crimine delato reſpondere:l.omnes.de delato.lib.x.C.l.fin.C. de iureiur.& l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publ. & vectig.§.pœna.in fin.Inſtitut.de iureiur.& l.j.§. ſpectat.ff.eo.de rei extenuatione notat.in c.nullus.iij.quæſt.iiij.vbi accuſationis prohibitio,eſt
7 defenſionis admiſsio:† Ea enim ſi non rectà contrà,ſaltem præter naturę inſtinctum tēdit & mouetur:hæc verò,à naturæ cunabulis & primordiis
8 fluxit,& ortum habet.Nunquā autem † reus, concluſionum copiam,ad eis reſpondendum per extenuationem,niſi data criminis confeſsione,nanci-
9 ſcitur(vt † nec pars ciuilis concluſionum Fiſci, nec reſponſionum rei copiam,ad ſuper his delibe randum & cōcludendum,præcipuè ſi Fiſci Procurator ei rei aſſenſum non adhibuerit) & ita ho-
10 die vtimur. Sin † confeſsio nō ſimplex, vt nec pura,ſed admixtam habeat innocentiæ,ac defenſionis qualitatem, nominari mox(niſi informationum teſtes,Iudicem in contrarium pellerent,tūc
11 enim † eorum repetitio ac confrontatio,priorem ſedem & palmam obtinerent, vt infrà dicetur) à reo,ore proprio,teſtes,quibus eam qualitatē com
12 probet,operæpretium eſt:quemadmodum & † ad informationum teſtium, reprobationes fulciendas,& ſuo pondere donandas,reus teſtes nomina-

13 re habet neceſſe. † Poſſe autem ad ſententiā vſque excluſiuè, rem hæc præſtare, crebriùs credito: Albert. de Gand. in ſuo malefic. Tract. titu. de homicid. & eor. pœnis. nume. 5. delibauit Angel. in ſuo malef. Tract. in verb. qui Iudex dictis. nu. 1. Tangā
14 infrà reg. xxiij. & reg. lxvj. fiet † autē hæc teſtium nominatio, & ore ipſius rei, vt dixi, proprio, & ipſius ſumptibus probatio, ſi in facultatibus (quāuis crebriùs non tendatur rete miluio, vt nec accipitri, & capite cenſo) ſit idoneus: aliàs, partis ciuilis, ſiquæ ſit nō Diomedea ferè neceſsitate laborās, nec æquo pauperior, nec indigena ſumptibus: Ad imum, hoc caſu, ad Fiſci ſeu domini iuriſdictionis ęrarium, velut ad deos, confugitur, & volitatur. Quo noſtro probationum caſu, † certa pe-
15 cuniæ ſumma, harum probationum nomine, conſignanda, pro, & numero teſtium, & loci diſtātia, veniet arbitranda. Quorum omnium, Iudex ſua in ſententia non obliuiſcetur. De hac defenſionis, tam realis quàm perſonalis, materia, quaſi Babylonio campo, Albert. de Gand. d. Tract. titu. de de-
16 fenſionib. à reo faciend. Quòd † ſi ſeſe reus, negatiua reſponſione fulcire tentet, tunc demùm, teſtium, rectà & pertinenter ſeu ad rei onus deponentium, repetitioni, & tandem confrontationi, locum fore, & Fiſci Procurator requirit, & Iudex arbitrabitur, certámque pecuniæ ſummam, viatici, expenſarum, ac vacationum, teſtium, nomine, Iudex in partem ciuilem, ſi ea adſit, & Midas, aliàs
17 in Fiſcum, adiudicabit. Quòd † ſiquis Aduocatorum, Procuratorúmve, inſtruere reū, quî reſpondeat

deat

deat,tentare auſus dicatur, pœna condigna mulctandus venit:Cæpol.cautel.5.nume.4.gl.mag.in cap.ij.de confeſſ.lib.vij. Deguſtabo infrà, reg.cv.
18 nume.6.Sed † ſi reſpondere reus abnuat in tenuibus delictis,Iudicis officio coërcebitur,ídque captis pignoribus,mulctæ'veimpoſitione,aut cõfeſſionis interrogatoriorum comminatione, vt pro confeſsis habeantur:in Authen.de his,qui ingred. ad appell.§.fin.col.v.gloſ.fin.in fin.in l.j.C.de con feſſ.& gloſſ.in verb.fateatur.in fin.vbi pulchrè de priori membro,in l.certum.ff.eod. Hæc autẽ con tumacia,per Scribam Iudicis interrogantis, litteris erit conſignanda,& dotanda:gloſſ.in cap.quoniam contra falſam.extrà,de probation.l. de ætate.§.nihil intereſt.ff.de interrogat.actio.& cap.ſi ſeruus.liiij.diſtinct.At verò,in atrocioribus ſceleribus tormentis,rei ſuſpecti interrogandi veniũt, & reſpondere cogendi:l.j.ff.de quæſtio.l.quoties.
19 C.eod. Quòd ſi Iudex,† probationibus hincinde habitis,etiam rei defenſionibus fultis, & probationum pondere eis addito,huius agni ſine macula abſolutioni locum fore,alio non apparente ſuſpicetur,tantiſperdum definitiuè ius dicat, laxandum per vrbem reũ, cum cautione & ſubmiſsione, ſi arbitretur, errore duci non creditur: Ang. prædicto Tract.in verb.præſente.verſi.quæro.nu-
20 me.17. Sed † ſi à primis cunabulis,rem tenuem Fiſcus,reſponſionibus viſis,& quam ſola pecuniaria pœna concomitetur,ſociámque habeat,deguſtet, per reum tamẽ negatam,aut aliis defenſionum coloribus depictã,ciuili liti reductioni, & quò par-

tes, ad proceſſum ciuilem reducantur, non abnuet, vt nec Iudex, cum cautione & ſubmiſsione, ſtatuere differet, reum laxãdo. Dicetur infrà, reg. xvij. nume. 4. & 5. ídque, vt ſtili ſupremi Senatus,
21 artic. clxxxij. †Reo præſente & cõparente, quî de iure cõmuni is ſeſe vertere habeat, literis vtcunque conſignauit Bonifac. de Vitell. in ſuo malef. Tract. titu. de comparitione accuſati cum for. con
22 feſsion. promiſ. ſatisfact. & termini per tot. An † & in quibus præſens reus per Procuratorem & admittatur & audiatur, Ang. d. Tract. in verb. qui dominus Iudex. verſi. & etiam nota. nume. 11. cum ſe-
23 quẽ. hoc miſſum factum nolim, quod † de reorum comparentium cuſtodia dicitur, confeſſum iudicialiter crimen, quod relegationis pœnam excedat, cathenis vinciendum & irretiendum, nedum in carceris vincula detrudendum: l. ſi confeſſus. & l. diuus. la j. ff. de cuſtod. reor. & Bald. in rubr. ff. & C. de in ius vocand. Sin relegatione minor pœna credatur, carcere vinciendum quidem, ſed ſine cathenis: Bartolus in l. j. ff. de cuſtod. reorum, & argumen. d. l. diuus. De hac noſtra regula, tangit Hyppolitus de Marſilia, eius in Pract. §. ſequitur. num. 1. & 2. & ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus, qui tacet, non habetur pro confeſſo.*

2 *Cogetur reus reſpondere, & quî, remiſſiué.*

REG

REGVLA XIII.

1 EA eſt iuris communis regula, vt † in criminalibus, is, qui tacet pro cõfeſſo non
2 habeatur: Socin. reg. cccxcij. cum duab. ſequen. in ſuis Fallen. † reſpondere autem cogetur, eo quo ſuprà diximus modo, pręced. regula, numero 18.

SVMMARIVM.

1 *Iudex etiam poſt publicationem, teſtes & inſtrumenta inducere in rei fauorem, poteſt.*
2 *Hodie reus ad ſententiam vſque ſe defendit.*
3 *Pro accuſatore, Iudex id non praſtat.*
4 *In criminalibus non, ſed in ciuilibus, concluditur in cauſa, & quid ſit. nume. 5.*

REGVLA XIIII.

1 IVdex † in criminalibus, maximè via inquiſitionis incedens, ad rei innocentiam tuendam & protegendam, ex officio, nouos teſtes, vel poſt publicationem, & cauſæ concluſionem, nedum inſtrumenta inducere poteſt: l. ij. ff. de cuſtod. reor. l. ſi non defendantur. in fine. ff. de pœnis. l. j. §. fin. & l. iiij. §. hæc autem, de damn. infect. & l. vnius. §. cognitu rum. ff. de quæſtio. Bald. in Authen. at qui ſemel. nume. 1. Fallen. ij. & iij. C. de teſtib. Aret. conſil. lxxx. ſicut decet. col. ij. verſic. his tamen. idem voluit Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. ſequens

quæſtio.nume.2.& 3.& 8.& 9. Quemadmodum
2 hodie hac in prouincia,† ad ſentētiam vſque reus vi ſtili ſupremi Senatus,artic.clxxxj.ad defenſionum & innocentiæ cauſas intrudendas,& fulciendas,vt & ad teſtium reprobationes,auditur (ſi modò de nouo ad notitiam ipſi occurrerint) cùm tamen purgationis iuramēto:huius noſtræ reg. meminit Angel.in ſuo malef.Tract.in verb.comparuerunt dicti inquiſiti.num.19.vbi Auguſt.& ibi,
3 an etiam † contra reũ,Iudex ex officio idem præſtet,diſcutitur:& Hyppol.de Marſil.eius in Pract. §.ſequens.nume.6.& 7.in negatiuam inclinare videtur partem,quamuis in rei fauorem liberè ad-
4 mittat:& ibi,nume.1.2.3.4.& 5.† In criminalibus, vt & ſtatus cauſis,in rei præiudicium non concludi, quamuis id fiat in ciuilibus, mordicùs tenet:
5 quod æquitatem habet. † Quid autem ſit concludere in cauſa,ibidem nu.9.enucleatur:quando,putà,eſt probationibus renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Rei auditio,ac proceſſus textura,ſed non litis deciſio delegatur.*

2 *Iudex,ſaltem ſemel audire reum,tenetur.*

3 *Reprobationum & iuſtificationum probationes,Iudex hodie facit,niſi,&c.*

4 *In Curijs ſupremis & ſimilibus,vnus ex dominis ad reum audiendum, & ipſi proceſſum contexendum, crebrius committitur,iudicato Curiæ ſaluo.*

5 *In minorum Iudicum abſentia,Locumtenens,dein ant*

antiquior hodie Aduocatus, & in Sabaudia, & in Gallia, admittitur.

REGVLA XV.

1 REi † auditio, proceſsúſque textura & erectio, nō gladij poteſtas, ſeu cauſę deciſio, delegatur: Lynceus tex. in l. ſolét. ff. de offic. Proconſ. & leg. Speculat. lib. iij. tit. accuſat. crimin. coram quib. ſit faciend. in princ. vbi Principis delegatorium reſcriptum eximit. Cuius regulæ prius membrum ſic accipe,
2 vt † Iudex reum ſaltem ſemel audiat: iuxta l. diuus. la ij. ff. de cuſtod. reor. quia, ab alio geſtis, omnimode ſtare non arctatur: verſic. ſi verò crimen. §. ſiquis contra aliquem. in Authen. de ſanctiſ. Epi
3 ſcop. col. ix. vt † in repetitionibus hodie obuenit, quas ipſe Iudex crebriùs facit, vt & factorū innocentiæ rei & teſtium reprobationum probationes: niſi forſitā maximo intricaretur morbo, aut iuſta de cauſa abeſſet, aut alio legitimo impedimento irretiretur: iuxta l. j. ff. de off. eius. quo caſu,
4 ipſius Locumtenens eo fungetur munere. † In Curiis ſupremis, & ſimilis farinæ iudiciis, vnus ex dominis, & illuſtriſsimis Senatoribus aut Conſiliariis, ad audiendum reum, & ipſi proceſſum te-
5 xendum ac formandum, committitur: † Iudices autem minores, eorum Locumtenentes, intricati ac impediti, delegant, quorum in abſentia, antiquior Patronus ſeu Aduocatus, vi ſtili ſupremi Senatus Sabaudiæ, ad proceſſus texturā (quò ce-

leriùs crimina expediantur) admittitur: huius rei micam exhauries ex ſtilo ſupremi Senatus, artic. cccxj. & artic. cccxij. vbi indiſcriminatim, in Iudicis abſentia, ipſius Locumtenens, quo abſente, antiquior Aduocatus omnia ad iuſtitiæ exercitium, negotia pertractat & expedit, properandæ & accelerandæ iuſtitiæ ergò. Mirum itaque non videbitur, ſi criminalia ſine noua delegatione exerceat: qui enim omne affirmat, nihil abnegat, omnia includit, & nihil excludit: trita l. de pretio. de public. in rem action.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore abſente, quî incedatur contra reum præſentem,*

2 *Accuſator pacto cum reo inito, ab accuſatione deſciſcens & deflectens incidit in Turpil. & alias pœnas, ſi publicum crimen ventilabatur.*

3 *Sin priuato agebatur crimine, arbitrariè coërcetur.*

4 *De pœnis accuſatoris contumacis.*

5 *Accuſator abſens, nec comparens, vocandus eſt: & num. 9.*

6 *Accuſatoris calumnia à Iudice expiſcanda, & puenienda.*

7 *Accuſatore iuſta cauſa impedito, quid ſit agendum: & num. 8. & 9.*

9 *Accuſator citandus, & contumax, puniendus venit, & quî.*

10 *Accuſatori ſemel actione lapſo, iterũ agere nõ licet.*

REG

1 ABſente † accuſatore, Iudex vel ab inſtantia reum abſoluit, aut ad litis deciſionem, Procuratore præcipuè Fiſcali id requirente, incedit: l. quamuis indubitati.C.ad l.Iul.de adulter. & c.crimina. extrà,de colluſ.& l.penult. ff.de public.iudic. vbi Bartol. & in l.inter.eodem nu.10.in fin.& l.libellorum.ff.de accuſation. & l.Pap.§.j.poſt gloſ.ff.de inoffic.teſtam. Imol.in c.licet.de locat. Semper enim publicum id quod intereſt,remanet pœna condigna donandum,ac dotandum: l.licitatio.§. quod illicitè.ff.de public. & vectig. Quòd ſi ideo
2 † ab accuſatione deflectat, quòd pacto cum reo conuenerit,in Turpil.Senatuſc. pœnam præceps cadat neceſſe eſt, ſi publico ſaltem agebatur crimine:l.ab accuſatione.ff. ad Senatuſc.Turpil.iuncta l. cum §§.ſequent.eod.l.j.& l. in executionib. C.eod. Emendam inſuper pecuniariam non eua-
3 det:l.iij.§.fin.ff.eodem.:† Sin priuatum vertebatur ſcelus,Iudicis arbitrio coërcendus creditur: l.ſiquis repetere.§.vltimo,in fin. iuncta gloſ. penult. & vlt.ff.ad Senatuſc.Turp.& l.qui iniuriarũ. ff.de iureiu.Huius rei ſcintillam deguſtabis in reg.cxx.
4 & regu.cxxj.ſed † hic actor & pœnam extraordi-
5 nariam,præter Turp. patietur † vocatus, & contumax,ſumptúſque & impenſas reſarciet:l.qui crimen.ij.reſponſ.C.de his, qui accuſare non poſſ.& l.eum,quem.ff.de Iudic.& l.j.§.qui excuſatione ff. de vacat.& excuſat.muner.& l.ij.ff.de Decurion. lib.x.C.& l.vnic.C.de ſumptib.recuper. eod.lib. & l.omnes,qui.in fin.C.de Epiſcop.& Cleric.& l.

ſæuer

6 ſæueriter.C.de excuſ.tut.† Poterit inſuper Iudex, ipſius accuſatoris calumniã, & expiſcari, & coërcere. 7 † Hæc vera, niſi pro eo, abſentia, & excuſatio, in medium Iudici adferatur: tunc enim paulò illi ſiſtendum venit: l. inter accuſatorem. ff. de public. iud. l. reſcripto. §. ſiquis accuſatorem non habet. ff. de munerib. & honor. iuncta gloſſ. in verb. non debet. & l. iij. C. de his, qui accuſ. non poſſunt.

8 Sin † relegationem pœna excedat & euolet, ipſius annotabuntur bona, & iuſtitiæ iugo ſufficientur, 9 vt infrà, de reo dicetur. † Citandum autem actorem, quò cauſam inſectetur, & eo contumace, extraordinariè hunc puniẽdum, cum expenſarum, & rei ſumptuum, condemnatione, ex dicta l. qui crimen. verſic. ſin verò. & l. ſi ea. C. de his, qui accuſa. non poſſ. ſenili conſilio ductus, credidit Specul. tit. accuſator non veniens in termi. ad compar. aſsig. num. 2. lib. iij. vbi quaſi Sybilina doctrina, & latè. Accuſatore autem non citato, vt decet, rei abſolutio haud viribus ſubſiſtit: Phœniceus text. in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſatio. ſed iteratò & denuò liberè conuenietur. 10 Is † autem ſemel accuſatione lapſus, iterùm eam non excitat: l. ſi is. C. ad Turpil. & d. l. ſi ea. in fin.

SVMMARIVM.

1 *In criminibus agitandis, Procurator arcetur.*
2 *Hodie quî quoad Procuratorem, incedatur.*
3 *Pede ligato reus reſpondet, ſéque tuetur.*
4 *Quomodo, vbi, & quot modis incedatur, coram minorib*

noribus Iudicibus:& qui coram maioribus, in leuibus:& nume.5.

6 *Qui procedatur, ſi crimen incidenter in ciuili cauſa interueniat.*

7 *Qui in grauibus delictis, incedatur, & de exoniatore,& qua ille praſtabit.*

8 *Iuſtè impeditus, exoniatorem mittet.*

9 *Quid in vniuerſitate delinquente.*

REGVLA XVII.

1 IN † criminibus, vbi pœnæ corporalis queſtio vertitur, Procurator regulariter arcetur:text.Phœniceus in l.per omnes. in fin.C.de defenſ.ciui. vbi etiam de Aduocato.& in cap.non negamus.circa fin.ibi,qui ſe.& ibi gloſſ.& in cap.ſi quando.ij.quæſt.vj.& ibi gloſſ.vlt.non poſtponenda,limitationes effingẽs: melior tex.In cap.in criminalibus.v.queſt.iij.cum ſequen.& l.vltima.C.vbi Senato.vel clariſsim. tangit Ang.in ſuo malef.Tract.in verb.qui dominus Iudex. verſic.tu autem. nume.20.cum ſeq.& verſic.quæro quid.nume.15.cum ſeq. Notat idem Bartol.in loco ſatis peregrino,in l.ſed & hæ.§.Patronus.ff.de Procurat.melior de iure text.in l.tũc conuenit.C.de accuſatio.quam quidam etiam de accuſatoris Procuratore,vel in potẽtioribus perſonis(vt ibi)enucleant,vt perpetim in capitalibus & non pecuniariis cauſis, Procurator vtriuſque partis arceatur, quamuis coniuncta accuſatoris perſonæ, agens audiatur, vt negotiorum geſtor: ex

47

de ligato,& ore proprio debet inquiſitus reſpondere,& proprias adferre defenſiones: iuxta l.ij.ff. de cuſtod.& exhib.reor.intereſt enim,& è re futurum,quò veritas habeatur,ac eruatur, delinquentis perſonam habere,ob variationes,mutationem coloris,trepidationem,& alia id genus: vt ibi per Doctor.quò denique ſuum nanciſcatur ſententia effectum:nã quoties pœna corporalis in medium venit, extraordinariè res agitur:§.j.de publi.iud. Inſtit. hinc ſine Procuratore: ſin pecuniaria indenda credatur pœna,non extra ordinem, ſed ordinario ſtilo,vi ſtili ſupremi Senatus,art. clxxxij. lis vertitur:& ab eo tempore Procuratoris munus& officium non ſpernitur, vt nec abiicitur.

4 Etenim aut † coram minoribus Iudicibus & Caſtellanis,de crimine aliquo quæritur,aut coram ordinario & maiore Iudice:illo caſu, de leuibus, ſummariè reus reſpondet coram illis,& ei triginta dierum interuallum, ad defenſiones ſtabiliendas,& quò eis pondus addat, conceditur: & tandem in aſsiſiis hæc res culmen accipit: cauet autem reſponſione data, reus ſe iudicatum ſoluturum: quibus caſibus ne verbum quidem de Procuratore,ne dicam Aduocato:& hæc via,denuntiatio ac querimonia dici videtur.Sin ad Iudicẽ ſupplicatione propoſita,itum ſit, aut ille ſolam ad fines tantùm(vt aiunt)ciuiles citationem decernit: vt in minimis delictis: & hoc caſu via & methodus ordinaria, primas tenet: ſicque Procurator admittitur: aut inquiſitionẽ decernit, quo facto, eò ventum eſt, vt,probatione ad condemnationem

nem non ſuppetēte, aut proceſſus ipſe ciuilizetur, vt Practici aiunt, & in factis contrariis (vt horum phraſi vtar) appunctuentur: quo caſu, ab eo tempore, Procurator palmam obtineat. Aliquando antè, quàm eò vſque ventum ſit, viſis informationibus, Fiſci Procurator, paruitate criminis attenta, quò ad fines ſolùm ciuiles decernatur parti citatio, requiret & conſentiet: quod Iudex non abnegat: cuius capitis, ne mica quidem in articulo clxxxij. ſtili ſupremi Senatus. & hoc etiam caſu, ordinaria methodo ibitur. Illo autem caſu, reus reſpondet, qui ſi fateatur, via, quam reg. xij. nu. 6. & 10. diximus, procedetur. Liberabitur autē reus, à carceribus vel arreſtis, cum cautione & ſubmiſ-
6 ſione, illo caſu, ſi in negatione deliteſcat. † Accidit aliquando, vt etſi ciuilis omnimodè actio agitetur, crimen tamen incidenter obrepat: vt ſi de obligatione, quittantia ſeu acceptilatione, aut teſtamento quæratur, quæ falſi inſimulentur: tunc enim, tam contra producētem, quàm Notarium ab eo tempore quoad id via incedetur extraordinaria, quæ criminalizatio, vt illi aiunt, vocatur: quod caput, Aduocati & Procuratoris munus abhorret, vt & alia publica crimina. Cuius rei, ne ſcintilla quidem in dicto artic. clxxxij. vt nec de litis exordio, & quî ab ipſis primis cunabulis, incedendum veniat, ſed de ſola litis cœptæ proſecu
7 tione. Sed ſi † rem arduam & grauem, pœna corporali, exilio, aut honoraria mulcta dignam, Procurator Fiſci olfaciat & expiſcetur, via extraordinaria, putà, perſonali citatione, aut perſonæ captura

ptura

ptura, cum bonorum hoc caſu annotatione, gradiẽdum requiret: quo caſu, ſiue ſiſtat ſeſe reus, ſiue & minus abſens aut contumax, ad Procuratoris aut Aduocati auxilium, confugiens ac volitans, non audietur: niſi quo ſuprà diximus modo. Infirmum autem defenſorem (quem exouiatorem vocant) ad infirmitatem & deducendam & probandam, cum ſpeciali & iuratorio mandato, delegare poſſe, non auſim denegare, nec ire inficias: vt tunc, per tempus reus excuſetur, niſi pars aduerſa in contrarium probare cupiat; cap. querelam, de Procurato. ext. iurabit autem hic exouiator in rei animam, ſe animo calumniãdi infirmitatem non proponere: idem in eo qui abſentis, iuſtam rei abſentiam adfert: not. apud Barto. in dicta l. ſeruum quoque. §. publicè. in fi. ff. de Procurat. Sed donec de ea iuſta, aut abſentia, aut infirmitate conſtet, procedi, ſaluo iure exouij, creditur. Idem voluiſſe videtur Alber. de Gandin. loco præalleg. nume. 6.
8 & 7. Idem † crediderim de citato, qui ob malorum, aut inimicorũ inſidias, aut alia iuſta de cauſa, venire non audet, vt defenſorem hunc & exouiatorem eo modo delegare poſſit: niſi dixerimus ad ſaluum conductum, hunc recurrere debere, vt interim, lite pendente, à nemine lædatur: Quod quidem, & ad debitorem, reum creditores formidantem, extendere alas, & protendi crediderunt: ídque argumento teſtium: vt donec ſeſe purgarit, & Iudici paritum dicatur, non vexetur debiti cauſa. De hoc ſaluo cõductu, déque certi loci tuti, & iuriſdictionis, eiuſdẽ Iudicis, vbi citatus com-

D pateat

pareat,conceſsione, guſtum decerpere & exhaurire licet ex Albert.de Gandi.in ſuo malef.Tract. tit.de citatio.fac.nu.9.De hoc exouiatore, latiùs infrà,reg.xviij.num.8.Caſum Phœniceum ab hac reg.excipi,creditum & viſum quibuſdam eſt,quo
9 caſu † vniuerſitas aut villa ſeu vrbs & ciuitas,deliquiſſe dicetur:lato & ferè Babylonio campo hoc enucleat & enodat dict.de Gandi.Tract.præalleg. tit.de homicid.& eorum pœnis.nume.17. quando Procurator in criminalibus aſciſcatur, deguſtat gloſſ.in verb.de expulſis.in cap. hoc quippe.iij.q. vj.vbi quando non aſcitus dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati conſilio,reus an vtatur.*
2 *De pœna Aduocati malè reum inſtruentis.*
3 *In atrocioribus,Aduocati munus arcetur.*
4 *Idque tam in prima,quàm ſecunda inſtantia.*

REGVLÆ XVII. APPENDIX.

1 ADuocatus † poſtulare, & inquiſitum conſulere, in criminali cauſa, quantumcunque illud ſit crimẽ, prohiberi non creditur:Phœniceus & menti figendus text.in l.iij.circa fin.ibi,qui poſteà,quàm ad Iudicem.C.de exhibend. & tranſmitt. reis, & in l.cuſtodias.ff.de public.iud.in prin. Socin.ſuis
2 in Fallen.reg.cccxxiij.nume.10. Sed † caueat Aduocatus aut Procurator,ne reum criminis, reſpõdere

dere contra conſcientiam edoceat:nam ſic conſulens,ſuſpendi meretur:hæc eſt opinio,& ſanctiſsima Bald.ſententia, in l.ita vulneratus. ff.ad leg. Aquil.nume.2.cui auxilio eſt gloſſ.mag.in cap.ij. de confeſſ.in vj.vbi de Aduocato, clientulum re-
3 ſpondere edocente:Cæpol.cautel.v.num.3.† Hæc tamen non obſeruatur regula,in atrocioribus ſceleribus,in quibus ore proprio reus reſpondet, citra & præter omne Aduocati, aut Procuratoris auxilium,& patrocinium:iuxta Phœniceum text. in l.per omnes.in fin. C.de defenſorib.ciuit.& in ca.quia.v.quæſt.iij.notat Petr.Rebuff.in proœm. Conſtitut. regia. gloſſ.v. nume. 46. quem videre neminem pigeat,vt nec Hyppo.de Marſil.in eius Pract.in §.examinata.nume.20.non in lente vnguentum Petr.Rebuf.in proœmio Conſtitut.reg.
4 j.tom.gloſſ.v. numero 46.† Quod procedit, tùm in prima,cùm in ſecũda inſtantia:inquiſitus enim, ore proprio grauamina dicere & euomere, habet neceſſe:vt infrà,reg.clxiij. nu.8.& 9.& reg.clxvj. num.3.De materia huius regulæ,& quòd in inſigni & graui crimine, Aduocatus non admittatur, ſcitè Hyppo.de Marſil.eius in Pract.§.diligenter.nume.164.& ita vtimur.

SVMMARIVM.

1 *Pro abſente,& abſentiæ & innocentiæ excuſatòr recipi creditur:& nume.3.*
2 *Annotatio,an in ſolis mobilibus fiat.*
4 *Iudex,nemine poſtulãte,rei innocentiã tueri debet.*

D 2 *Deſen*

5 *Defenſor differt à Procuratore.*
6 *Defenſionis huius abſentis, vtilitas.*
7 *Pro reo abſente, cautela.*
8 *Exouiator, duo iurat.*
9 *Sententia, contra excuſatum, lata, nulla.*
10 *Probabilis abſentia excuſat, nedum neceſſaria.*
11 *Eadem inſtantia, pluries quis exouiatorē delegat.*
12 *In ciuili etiam, reus exouiatorē mittit, & tandem Procuratorem conſtituit.*
13 *Actor, non videtur exouiatoris priuilegio gaudere.*
14 *Exouiator mittitur, impedimētis ſuperuenietibus.*

REGVLA XVIII.

1 IN criminalibus, vbicunque† contra abſentem, inquiſitum, ſententia ferri poſſe credita eſt, ad cauſas innocentiæ nedum abſentiæ, & allegandas & probandas, excuſator de iure admitti creditur: quamuis vix hodie quoad innocentiam admittatur, refert hác eſſe communem ſententiam, in iurequidam Roſcius, Aretin. conſil. cxlvj. viſa conſultatione. col. ij. verſic. ſed concludo, poſt Bartol. in dicto §. publicè. l. ſeruum quoque. nume. 3, 4. & 5. de Procur. ff. & in l. penult. §. vltimo. nume. 6. ff. de public. iud. Iaſ. in l. ſi is, qui. col. iij. nume. 6. & 7. ff. qui teſtam. fac. poſſ. videtur text. Lynceus in d. §. publicè. ibi, nam & in capitalibus iudiciis defenſio datur, &c. vnde hæc reg. exhauſta videtur: ſororem habet l. ſi non defendantur. in fin. verbis. ff. de pœnis. vbi de abſentis innocentia, & l. vlti. verſic.

verſic.ſi neque redierint, neque qui ſe defendant habuerint.ff.de requir.reis.vbi de abſentis rei defenſione.de abſentiæ cauſa,eſt text.in dicto §.vlt. l.penult.ff.de public.iud. & in l.inter.ff.eod.latè & ſcitè de his amicorum allegationibus, per d. Gandin.in eius malef.Tract.titu.vtrum Procurat. in malef.interuen.nume.5.& 6.cum ſequen.& tit. ſequen.vbi quid reo abſente & contumace, ſit agendum,enucleat & enodat,& de annotatione, ac confiſcatione:iuxta d.l.vlt.de requir.reis.Melle dulcior etiam Ang.in eius malef.Trac.in verb. qui dominus.ij.verſic.tu autem.nume.20.& ſeq.& eod.verb.verſic.& tene menti.nume.8.vbi annotationem in ſolis mobilibus,fieri autumat:ſed vſus,aliter hic & in Galliæ partibus,habet:deſcrībuntur enim omnia,& ſub iuſtitiæ iugo & manu reducuntur,& Commiſſario cuſtodienda,donec & quoúſque,&c.demandantur:ídque in capturæ, aut trinæ breuis citationis,ſi capi nequeat, literis.
3 Vt † is (ad rem) rei abſentis nomine defendens, innocentiæ,aut abſentiæ cauſas allegans, nō Procuratoris,ſed defenſoris colore depingatur, ac dealbetur:Bartol.locis præalleg.Nam & † Iudicem,
4 nemine poſtulante,id præſtare poſſe arbitrantur: Barto.d.§.publicè.nume.4.ex Authen.qui ſemel. verſic.quòd ſi vocatus. C.quomo.& quando Iud. pronunc.deb.& l.ampliorem.in fin.princ.verſic. ſin autem.C.de appellat.vbi gloſſ.iij.& ſic diuerſitas vocabuli d.§.publicè,cū Aut.l.reos.C.de accuſat. (quæ Procuratoris vocabulum, ad defenſorem,& negotiorum quemcunque geſtorum, dila-

5 tat) cum dicto §.vlt.conciliabit:†defenſor enim, longè latéque à Procuratore diſsidet,& diſcrepat: hæc autem reg.de defenſore & excuſatore, non
6 item de Procuratore verba facit. † Hæc inſuper defenſio,è re erit,& abſenti proficiet, quò pœnas pecuniarias & contumaciales,vtcunque effugiat, vtque ipſius bona non annotentur: has vtilitates & commoda adfert gloſſ.mag.in verb.datur.circa med.ibi,ſed quid prodeſt, &c. dicto §.publicè. d.l.ſeruum quoque. Quod verò arridere opinor, pendente ea propoſitione,durãtéque à Iudice ſtatuto ſeſe repræſentandi termino, vt interim non incurrat abſens reus,contumaciæ pœnas, & citationum, vt aiunt, emendas, quas aliter ob defectus,mox incurreret:arg.§.vltimo.l.penult.in fin. verb.ff.de publi.iud.Nam contumacia,delictum cenſetur:Angel.loco præalleg.in verb.qui domi-
7 nus.verſic.quæro an.nume.24.† Pro abſentis rei innocentia,cautelas adfert Cæpol. cautel.lxvj.& cautel.cix.vt quis Iudicem amicabilem inſtruat, quò ex officio ipſémet de abſentis innocentia & eius iuſtificationibus,inquirat: iuxta l.ſi non defendantur.ff.de pœnis.& l.non tantùm.ff.de appella.ac teſtes de ea re depoſituros,ei nominet: hi autem Iudicis officio deponẽt: Cæpol.caut.cclv. Thomas Ferrat.cautel.xviij.aliam contexit ac nectit cautelam,vt in longinquas migret reus regiones,quo citationis præſumatur ignorantia, & id ab amico proponatur,& extemplò probetur, ſícque iudicium differatur. De hac iuſtæ cauſæ abſentiæ,& ſimilium excuſationum allegatione, tetigi

tigi ſuprà,reg.xvij.nume.7. & eſt textus in l.quæſitum.ff.de re iudicata. & c.ſi ægrotans.cum gloſſ. mag.v.quæſtio.iij. & ca.placuit.l.ij.xviij.diſtinct. c.querelam. extrà, de Procuratoribus.his addatur l.reos.vbi Bald.C.de accuſation.& l.inter.ff.
8 de public.iud. † Duo autem habet exouiator hic iurare neceſſe,quod ſit reus infirmus,tantáque infirmitate irretitus,vt citra vitæ aut perſonæ periculum venire nequeat,aut quid id genus: & ab eo miſſus,ad eum excuſandũ & exouiandum:Quam cauſam,parte negante, reus breui habet probare, & etiam pars in contrariam partem, ſi velit: his denique nectatur text. in ca.cum dilecti. §.expectantibus.extrà,de dolo & contu.& Bart.in l.quęſitum.ff.de re iudic.& Innocen. in cap.querelam. extrà,de Procurato.& cap.veniens.extrà,de accuſatio.Bartol.in l.penult.§.ad crimen.nume.16.&
9 nume.18.ff.de public.iud.Nec † probata ea cauſa,contra hac via excuſatum, vim & robur habere creditur ſententia lata:Lynceus tex. & ad hanc rem natus,in cap.querelam.extrà,de Procurator. & in dicto ca. cum dilecti.extrà,de dolo & contumacia.& cap.cum Bertholdus.extrà,de re iudi. & l.ſi finita.§.ſi fortè.ff.de damno infec.& l.quæ-
10 ſitum.ff.de re iudic. Quod,vel † in probabili abſentia, procedere creditur: vt cap.conſultationibus.extrà,de offic.deleg.Nonnulli eò rem dilatãt, vt publico impedimento, aut neceſſario abſens, ita excuſatur,vt ne quidem excuſatorem ſeu exouiatorem mittere habeat neceſſe: not. in l.ij. §.ſi quis municipalis.ff.ſiquis cautio.iuuat l.j.ff.de va

cat.& excuſat.muner.Quòd ſi hoc modo excuſatus,intra terminum præfixum nõ venerit,ſícque ducatur ac æſtimetur contumax,vt per Bartol.in l.ex conſenſu.§.fi.ff.de appellat.& in Clem.vnic. de dolo & contumacia.& l.petitam.§.item veniunt.ff.de petit.hæred.tunc demùm contumacia, ſuum teretem & plenũ ſortitur effectum:dicto c. cum dilecti.§.expectantibus,de dolo & contuma-
11 cia. † Pluries autem quis exouiatorem, eadem in inſtãtia, delegare poteſt,toties,putà,quoties citabitur: & iuſta ſuberit ratio & cauſa, eodem iura-
12 menti genere ſuperſtite. In † ciuilibus autem, ſemel atque iterum reus excuſatus ac exouiatus, vel impedimento vegetante, Procuratorem conſtituere,ſi in contumacis nomen irrepere nolit,ha-
13 bet neceſſe:d.l.quæſitum.ff.de re iudic.†Actor verò,ſacco (vt aiunt) paratus adeſſe debet,vnde exouiatoris ac defenſoris priuilegio non vtitur: l.j.ff. de diuerſ.& tempo præſcript.& ibi gloſſ.& Bart. tenetur enim Procuratorem adhibere & delegare:vt ibi,& not.Cyn.in l.j.C.de reſtit.milit.& eo-
14 rum qui Reipub.cauſ.abſ.Quod accipias,† impedimentis ſuperuenientibus:ex æquo tamen & bono,modica dilatio non abs re concederetur.

SVMMARIVM.

1 *Contra reum abſentem,& procedi,& ſententia ferri, poteſt.*
2 *Quis dicatur contumax.*
3 *Quî quis fiat contumax.*

Quî

4 *Qui contra contumacem procedatur.*
5 *Quid vſus communis, reo perſonaliter non citato, obſeruet.*
6 *Quomodo hodie vtamur.*
7 *Qua via contra abſentem innocentem, hodie inſe-datur.*
8 *Hodie confiſcationi locum non eſſe.*
9 *Contumax intra annum comparens, refuſis expenſis, auditur.*
10 *Hodie quî is audiatur.*

REGVLA XIX.

1 Contra † inquiſitum abſentem, contu-
macem, ſententia ferri, nedum procedi
poteſt: Lynceus text. in l. abſentem. in
princip. verſic. aduerſus contumacem.
2 ff. de pœnis. † Contumax autem is fertur qui, vt
nec denunciationibus, ita nec Iudicis edictis, pa-
ruit: text. præalleg. & l. contumacia. in princ. & in
3 fi. ff. de re iudi. † fit autem hac in re contumax, qui
citatione perſonali, aut, in capturæ defectum, tri-
na breui etiam citatione perſonali, ſiue in perſo.
ſiue in domicil. ſiue voce tubæ & præconis, ſiue al
ta ſeruientis voce, per vicos ſeu quadriuium, euo-
catus, coram Iudice non comparet, à quo mana-
rint & fluxerint, id genus edicta, & denunciatio-
nes, quò reſpondeat, & innocentiam purget, aut
aliàs obediat, & pœnam delicto congruam eua-
4 tet & euadat. † Procedi autem contra hunc ſoli-
tum eſt, vt ſi quidem perſonali citatione euoca-

tus,non ſeſe,die,putà,præfixa & aſsignata, nec intra tres dies proximè ſubſequentes,ſiſtat,is defeciſſe dicatur,& in defectum coram Iudice pro tribunali ſedente vocatus, huiuſmodi declaretur, id parte ciuili,aut ſaltem Procuratore Fiſci petente, quem defectum die lapſa adiudicabit Iudex parti petenti: quo caſu, ipſius vtilitas, perſonalis captura videtur ex l.j.§. adminiſtrationem autem. C. vt omnes Iud.in cuius defectum,trina breuium dierum citatio, cum bonorum rei annotatione,
5 ſufficietur: Verùm † vſu communi eò ventum eſt, vt, de ſecunda perſonal. citatione, quando prior perſonaliter (vt ſic dicam) executa non eſt: ſecus, captura decernatur,& in huius ſubſidium, trium breuium dierum citatio,& annotatio. Sin ab initio captura,cum trium breuium dierum,& annotatione,conceſſa legatur,reo diebus aſsignatis,deficiente,tribus defectibus obtẽtis, & legitimis declaratis,Iudex ex officio teſtium repetitionem arbitrabitur: quo præſtito, citatione peremptoria, reus ad ius audiendum,aſsignabitur: quibus peractis,vtraque pars concludit, & tandem ad Iudicem omnia deferuntur, qui hunc vel ſola contumacia,reum criminis declarat,& pœna cõgruenti,ſi & quando apprehẽdi poterit, honeſtat & decorat,aliàs in effigie,mitigatis & declaratis contumacialibus mulctis & pœnis ex æquo & bono:
6 † quibus expenſarum litis & iuſtitiæ condemna-
7 tio nectenda venit.& ita hodie vtimur: † Non deſunt tamen,qui aliquali æquitate pulſi & lactati, ob contumaciam,ſi de rei abſentis innocentia,Iudici

dici liqueat, hunc non condemnandum, verum Principi reſcribendum, autument: huic ſententiæ velut ad ſaxum, hæſit Cæpol. cautel. cclv. nume. 5. quod & æquitatem habere, & humanitate fultum, ac niſum videtur: Alibi ad ipſius abſolutionem, pedibus manibúſque it: cautel. lxvj. nume. 2. & 5. & Ang. in ſuo malef. Tract. in verb. qui dominus Iudex. nume. 29. & ferè per tot. illum verſic. vbi latè de materia contumaciali: vt ſuprà. Alibi non condemnandum. cautel. cclv. nume. 4. (& ibi nume. 5. ſi ſententia lata, de rei innocentia liqueat, non ad executionem corporalem, incedendum, ſed Principi reſcribendum ducit: iuxta l. j. §. vlt. vbi gloſſ. ff. de quæſtion. quod & æquitatem redolet) De hac contra abſentem, & ciuili & canonica incedendi via, deguſtetur guttula apud Guid. Pap. deciſ. ccccxxix. huius etiam materiæ ſpecimen nobis ſatum reliquit, legum ille Coryphæus, & in Iure Roſcius Bartol. in l. inter. ff. de publ. iud. Quî contra abſentem iri ſoleat, enucleat & aperit Albert. de Gand. ſuo in malef. Tract. tit. quid ſit agen
8 dum reo abſen. & contum. vbi Phœnicee † hodie confiſcationem, ſedem nullam habere, ſed proximiores palmam obtinere velle creditur. Dicam infrà, reg. cxxxix. Quî inſuper aduerſus hos ince-
9 datur, & quòd † intra annum contumax comparens, refundēdo expenſas, audiatur, ſcitè & belliſſimè notat Palladius ille Angel. in ſuo malef. Tracta. in verb. qui dominus Iudex. verſic. & tene men
10 ti. nume. 4. cum ſequen. † quod hodie vix procederet, citra appellationis viam, ſaltem contumaciæ mulct

mulctis,& emendis,declaratis nõ ſolutis:hæc tanguntur à Specul.tit.accuſat. contumacia multip. conſidera.lib.iij.& ita videtur enucleanda l. abſentem.C.de accuſatio. fingitur enim hodie contumax,vel inſcius,breui poſt perpetratũ crimen, vel ante inquiſitionem,aufugiens,& abſens:& ita curia Gallica,& noſtra vtitur, quò rei,non fuga, ſed præſentia,iuſtitiæ pareant,& eorum innocentiam velis equíſque purgent,& fugæ odio.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus,diligenter incedendum.*
2 *Criminales cauſa,ciuilibus præferenda.*
3 *Quantò corpus fortuna bonis præſtat, tantò criminalis cauſa,ciuili dignior,huic præferenda.*
4 *Cauſa carcerati,dicitur pia:& ſummaria,nu.6.*
5 *Legatum carcerato factum,pium creditur.*
7 *Carcerati dicuntur miſerabiles perſona.*

REGVLA XX.

1 IN † criminalibus ,grauiter & celerrimè incedendum venit, citra tamen omnem præcipitationem:l.j.& l.de his.
2 C.de cuſtod.reor. vt etiam † poſtpoſitis ciuilibus, Iudex criminalium cauſarum deciſioni ſtudeat,& omnes neruos,ac Cleantheo labore inſudet,vel Angeæ ſtabulum repurgãs:Etenim
3 †quantò corpus, fortunæ bonis, & dignius & nobilius eſt,tantò cauſarum criminaliũ, ciuilium

deciſ

4 deciſioni anteponenda: † hæc enim criminalis,& carceratorum cauſa, pia fertur: Hypp.de Marſil. eius in Pract.§.nunc videndum.nume.12.Et ita,vt
5 †eis legata,piorum legatorũ vim, & robur nacta
6 credantur:ibid.nume.13.dicitur inſuper ea, † cauſa ſummaria, more miſerabilium perſonarum: Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.attinguam. nu-
7 me.75. & nume.76. † vbi carcerati, miſerabiles perſonæ dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Defenſionis exceptionem,nulla lex prohibet.*
2 *Iudex ex officio,rei innocentiæ ſtudet:& nume.4.*
3 *Ad ſententiam vſque,reus ſeſe tuetur:& duabus regu.ſequentibus.*

REGVLA XXI.

1 LEx † & ſtatutum, omnem excludens exceptionem,nunquàm innocẽtiæ exceptionem inhibere creditur: Bald.in l.edita.in ij.Comment.col.penult. nume.145.C.de eden. Alexand. conſil.cxij. viſo. col.
2 ij.vol.v.Anna.conſil.lix.viſa inquiſitione. Et † ad rei innocentiam tuendam,ex officio,nec reo petente probationes,vel à domeſticis, & minùs idoneis teſtibus,ne innocẽs & inſons vexetur & pereat,recipere Iudex creditur: vt & in paribus vel mulieres viris præferãtur. gl.in cap.clerici.lxxxj. diſtinct.d.Vbert.de bona Curſ.eius in Pract.titu.

quib.

quibus mod.ſuo no.ciuili.agent.in verb. liberorum.fol.34.Tangam infrà,reg.lxv.in fin.l.abſentem.ff.de pœnis.Specul.in titu.de inquiſitione.§.j.verſic.ſed nunquid eas.nume.22.lib.iij.& titu.de noto.crimi.num.vlt.eodem lib.ex cap.cum inter.§.j.extrà, de exception.& cap.fin.eod. & cap.eorum.xj.quæſt.iij.vbi nemini defenſio tollenda eſt: Anna.d.conſilio lix. Alexand. conſil. xxiiij. animaduerſis. col.penult. vol.ij. Hyppol.ſing.lix.in-
3 nocentibus.† hæc autem exceptio, ad ſententiam vſque proponi poteſt:Albert.de Gandi.in ſuo malef.Tract.tit.de homicid.& eorum pœnis. num.5. maximè cum iuramento nouæ notitiæ hodie, vi ſtili ſupremi Senatus,art.clxxxj.Latiùs infrà, dua-
4 bus regulis ſequen. Quòd autem † Iudex nemine petente, ex officio, rei defenſiones inquirere habeat,docet Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.nũc videndum.nume.7.& text.Phœniceus in dicta l.ſi non defendantur. ff. de pœnis. de hac reg.tangit Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.oportunè. nume.9.& §.vltima quæſtio.nu.11.cũ vtrobique ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Defenſionum fauori,reus non renunciat.*
2 *Vbique locorum,reo,vel confeſſo,terminus ad ſe defendendum conceditur.*
3 *Errore confeſſionis rei probato,confeſſio non obeſt.*
4 *Plurium quoad hanc renunciationem,opiniones,& diuerſæ.*
5 *Appellationi reus condemnatus,non renunciat.*

Qui

6 *Qui quid ad ſui defenſionem factum probetur.*
7 *Princeps, rei defenſiones, tollere nequit.*
8 *Renunciatio defenſionis, reuocari poteſt.*

REGVLA XXII.

1 Defenſionibus † innocētiam redolentibus, in criminalibus non renunciatur: aureus text. in l. j. §. ſiquis vltrò. ff. de quæſtio. Bald. in cap. j. nume. 7. & aliis. de probatio. Matth. de Afflict. deciſ. cccxcj. nu. 9. ſcitè Ang. in ſuo malef. Tract. in verb. comparuerunt dicti inquiſiti. verſic. necnon. nume. 9. gloſſ. mag. non Talpea circa med. ibi, item pactum. in l. pactum. ff. de pact. ne quidem cum iuraměto: Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. examinanda. nu. 16.
2 & ibi latè de hac materia. † Vbique locorū ad defenſiones intrudendas, termini præfigi, & concedi, vel confeſſo, ne immeritò perdatur, not. ſcitè
3 Angel. in verb. qui Iudex dictis. nume. 1. ita, vt † erroneę confeſsioni pondere adhibito, nihil confeſſio reo obſit: vt eò loci, qui ita obſeruari per totū
4 mundum, affirmat: † Alij aliis rem depingunt coloribus, vt, non defenſioni quidem, termino licet renunciari, queat. Alij tacitam quidem, per termini lapſum, ſed non expreſſam defenſionis renunciationem admittunt: ſed eodem ferè res redit. Non deſunt qui hanc effingant diſtinctionem, vt qui certus eſt carere defenſione, renuncians, audiatur: certus verò habere, nunquàm: dubius autem audiatur, ſed pœnitentia ductus, admittatur: quo

quo iure ferè hodie vtimur, via forcluſionum hac in re forſitan exploſa. id genus diſtinctiones refert quaſi Babylonio campo, Angel.d. Tract. in verb. qui Iudex dictis. verſic. an autem. nume. 5. (tradens auream cautelam, vt dicat reus, ſponte defenſioni & ex certa ſcientia, renuncio, quòd ſciam me omni defenſione carere, & ſimilia: idem in termino) vbi Auguſt. cum verſic. præceden. in fin. hinc
5 manat & fluit, † appellationi per reum renũciari non poſſe, quam introduxiſſet, vel quis eius nomine: Sybilinus nume. 1. text. in l. non tantùm. ff. de appellat. & relat. niſi forſitan crimen notoriũ conuinceretur: Angel. in verb. præſente dicto Caio. verſi. & tene menti. nume. 11. Dicam regul. clxvij.
6 † Quî autem ad ſui defenſionẽ, quid factum, probetur, & plura id genus ſcitu digniſsima, defenſionis fontem & riuulum dealbantia, tradit Angel. in verb. & dictus Titius ſe defendendo. in princip. & maximè nume. 9. cum ſeq. vbi de defenſione articulanda, ſcitè. De huius regulæ riuulis, ac limitationibus in notorio ac flagranti crimine, & ſimilibus, ſcitè Hyppo. de Marſil. in ſua Pract. in verb. examinanda. per tot. & in ſponte confeſſo. in §. poſtquàm. nume. 33. & in enormi delicto. in §. dili-
7 genter. nu. 62. & §. expedita. nume. 76. vbi † Princeps ne quidem de plenitudine poteſtatis, rei de-
8 fenſiones tollit. † Hãc autem defenſionis, aut termini, ipſius renũciationem, reus reuocare poteſt: dicto §. examinanda. nume. 31.

SVMMARIVM.

1 *Reus, priùs ad defenſiones probandas admittitur, quàm*

quàm tortura aut cõdemnationis iugo ſubmittatur.

2 *Rei defenſiones in quibus conſiſtant.*

3 *Rei defenſio parum prodeſt, poſt irreparabilem iniuriam.*

4 *Reo indiciorum copia danda, quò illis per extenuationem reſpondeat: ſed eo non vtimur.*

5 *Hodie quid iuris, remiſſ.*

6 *Hodie vi ſtili, videtur reus ſeſe tueri non poſſe à ſententia.*

7 *Humanitatis eſt, omni tempore, reum in defenſionibus audire.*

REGVLA XXIII.

1 REus † priùs, quàm torturæ iugo ac laqueo ſubiugetur, ne dicam ad condemnationem in eum eatur, ad defenſionum probationẽ, quibus ad ipſius innocẽtiam eatur, aut indicia extenuentur, ſi non omnimodè eneruentur, admittendus eſt: non Talpeus text. in l. vlti. verſic. ita tamen. Ibi, ne quas, ante probationes, iniurias patiatur. C. vbi Senato. vel clariſſ. & l. vnius. §. vltimo. ff. de quæſtio. Alber. de Gand. in ſuo malef. Tract. tit. de quæſtio. & tortu. nume. 23. qui allegat Lamb. de Ramp. ita conſuluiſſe, pellectus & lactatus text. in l. ij. ff. de appell. recip. vel non, ex ratione illius legis. † Defen-
2 ſiones autem in eo cõſiſtũt, vt facta iuſtificationes (quorum ambitu alibi rei ſepiri, nemo abnegat) vt aiunt, & teſtium reprobationes, ſuo amplexu ſepiant: eò enim vſque ſerpit defenſionis genus,

 vel

vel in caſibus exceptis: ex aureis textib. in cap. licet Hely. & c. per tuas. de ſimon. extrà. quod & ad teſtes infamia notatos, protendi creditur: ex dictis
3 Iurib. Dicemus reg. lxvj. † Parùm enim aut nihil prodeſſent reo, eius defenſiones & earũ probatio, poſt torturæ vim & iniuriam illatam, quæ nulla ex cauſa reſarciri queat: tetigit Matth. de Afflict.
4 deciſ. cccxcj. nume. 8. † dandam indiciorum reo copiã, quò in ea defendat, autumans: quod & æquitatem habet, non vſitatum tamen. † hodie quòd
5 hoc in Sabaudia, obſeruetur, diximus reg. xiij. nume. 13. vt vi ſtili, artic. clxxxj. reus ad ſententiam vſque ſeſe tueri poſsit: cui articulo cõgruit dictus §. vltimus. l. vnius. ff. de quæſtio. ibi, quamuis defenſionem quocũque tempore, &c. iuncta glo. vnde dictus artic. exhauſtus videtur. Verùm hoc vnum,
6 miſſum factum nolim, in dicto artic. † à ſententia, excluſum reum videri, ſic in cauſa appellationis, non admitti, quamuis communi iure in dicto §. vltimo, omni tempore & quocũque, admitti videatur, & ſic in cauſa appellationis: quo & iure, hodie
7 vtimur, † nunquam rei defenſiones, abiicientes (quod humanitatem habet) maximè nouæ notitiæ purgationiſque iuramenti, medela adhibita: Delibabo infrà, reg. clxiiij. à nume. 15. ad culmen regulæ vſque.

SVMMARIVM.

1 *Non in leuibus, ſed grauibus ſceleribus, ad quæſtionem itur: & quando.*

Verit

2 *Veritas vtplurimùm abdita, in rei pectore eſt: vnde hinc exhaurienda.*

3 *In ciuili cauſa, ſaltem ardua, quæſtioni locus fertur.*

REGVLA XXIIII.

1 His peractis,† vt plurimùm non tam in leuibus ac tenuibus, quàm grauibus & atrocibus criminibus, non ſatis (crebriùs) probatione fultis, ad quæſtionem pedetentim itur: vix enim euenit, quin ſaltem præſumptionibus, coniecturis, & indiciis ſit locus, præcipuè factis iuſtificatiuis ac teſtium reprobationibus, non probatis, aut inſufficienter,
2 nec vt decet, aut rei alibi: idque, † quò veritas, vtplurimùm in profundiſsimo rei pectoris ſcrinio abdita & abſtruſa, eruatur & exhauriatur: etenim hi crebriùs, ſub pelle ouina, vulpina, & ſub aſinina veſte, exuuias ſeu leonis exuuium geſtāt: vnde de eius neruis & viribus (etſi forſitan à carbonaria ad calcariam, ſed non in lente vnguentū) nonnulla primis ſaltem labris deguſtanda veniunt, præpoſita indiciorum qualicunque (dummodo pomæria non excedamus) cognitione: hæc videtur reg. ortum habere, ex l. edictum. ff. de quæſtio. & ſimilib. mellifluè Albert. de Gandi. in ſuo malef. Tract. tit. de quæſtion. & tormen. nume. 2. & 3.
3 & ſimilib. & nume. 12. vbi † in ciuili cauſa, ſaltem ardua, nedum criminali atroci, ad quæſtionem itur: de hac reg. Ange. in ſuo malef. Tract. in verb. quòd fama publica. nume. 94. vbi Auguſt. tetigit

& ſcitè Hyppol.de Marſil.in eius Pract.in verb. nunc videndum.nume.25.cum ſequen.vbi in plenis probationibus, Iudex ad quæſtionem proſiliens,reum negantem non condemnat. Tangam infrà,reg.xxxvij.maximè nume.2.& 3.Idem Hyppol.in cauſa ciuili ardua,aut quæ crimē annexum habeat,ad quæſtionem iri mordicùs tenet,in §.expedita.numē.60.& 61.eò loci.

SVMMARIVM.

1 *Omnis actus indicium faciens,duobus ſaltem teſtibus probari debet.*
2 *In ore duorum vel trium,ſtat omne verbum.*
3 *In criminibus,de maximo agitur præiudicio.*
4 *Statu,honore,& ſimilibus,nihil carius hoc in ſeculo.*

REGVLA XXV.

1 OMnis † actus humanus, indicij robur & vim habens, coniecturamve præ ſe, ad negotium principale, ſiue in dicendo, ſiue in faciendo conſiſtat, ferens duobus teſtibus ſaltem probari debet: aliàs,vel mile ſingulares,de diuerſis actibus indiciiſve,deponentes teſtes nihil probant: Scriptum enim omnibus in
2 vdo fertur, † In ore duorum vel triū, ſtare omne negotium,ſeu verbum;l.vbi numerus,ff.de teſtib. l.iuriſiurandi.in fin. C.eod.cap.veniens.in fin.extrà,de teſtib. cap.in omni. & cap.licet vniuerſis. extrà,eod.& cap.cùm à nobis, eod. Phœnicea & ord.

ordi.gloſſ.in verb.vel indiciis.in l.fin.C.famil.er-
ciſc.& eſt communis opinio ſecundum Alexand.
conſil.x.ſentio in dubium.volum.4.& conſ.xciiij.
repetit.col.penult.vol.vij.Socin.conſil.cxviij.vi-
ſa.col.iij.in fin.vol.j.Decius conſil.cccx.viſis in fi.
vol.ij.Iaſ.in l.admonendi.in ij.intẽp.col.lxxxiiij.
ante nume.213.ff.de iureiuran.Id'que veriſsimum
3 † in criminibus videtur, quòd in his non de leui
aut tenui, ſed maximo, & quod vtplurimùm reſar
ciri nequeat, præiudicio, agatur: vt de vita, & ho-
minis ſtatu, quæ maximi ponderis, nemo neſcit,
4 quum † nihil hoc in ſeculo, vita, honore, ac ſtatu,
nobilius, quiſquis dignus, & bene natus, & norit
& anhelet.

SVMMARIVM.

1 *Ad ſemiplenam probationem, vel indicium, vnus teſtis omni exceptione maior, requiritur.*

2 *Ad probationem indicij remoti, teſtium non abſolutorum teſtimonium admitti creditur.*

REGVLA XXVI.

1 ETſi † ad ſemiplenam probationẽ con-
texendam, vel indicium de principali
actu, vnicus teſtis idoneus, omníque
exceptione maior, expoſcatur, ex Bar.
ſententia.nume.36.& Aret.in l.admonendi. vbi
Iaſ.lect.j.nume.92.& lect.ij.nume.166.ff.de iure-
2 iur.Attamen † ad indicij remoti pondus & robur,

duorum teſtium minus idoneorũ, nec omni exceptione maiorum, teſtimonium admitti creditur: Salic. & communiter alij in l. cunctos populos. ad fin. C. de ſumma Trinit. Brunus in Tract. de indiciis. col. ij. in fin. Socin. conſil. liiij. col. ij. in princ. volum. j.

SVMMARIVM.

1 *In delictis, quæ clàm & in obſcuro fiunt, faciliùs ad torturam itur.*

2 *Sola fama, ad torturam ſufficiens non creditur.*

3 *In ſecretis, & conſiliis initis, de facili ad torturam itur, & quandoque ad condemnationem.*

REGVLA XXVII.

1 IN † criminibus, quæ clàm & in obſcuro fieri ſolita ſunt (vt furtum, adulterium, falſum, & ſimilia) ſolis indiciis & præſumptionibus, ad torturam, multò faciliùs, quàm in aliis proceditur: Coryphæus ille Bald. in l. iij. nume. 3. C. de Epiſco. audiend. vbi incantationis crimen, & inuenenationis, vt ille ait, & falſæ monetæ, contexit & nectit: iuuant not. in l. ij. hi, qui. C. ad leg. Iul. de adult. in fin. not. apud Bartol. Babylonio campo in l. fin.
2 ff. de quæſtio. vbi an † ſola fama ſit ſufficiens, nécne: quod Bartol. non videtur, ad inquiſitionem licet ſuppetat: idem voluit Hyppol. de. Marſilieis
3 in Pract. §. diligenter. num. 18. † Idem creditur de

conſiliis & tractatibus ſecretis.

SVMMARIVM.

1 *Indicia ad torturam ſufficientia, quæ ſint, Iudicis arbitrio relinquitur.*

2 *Indiciorum genera plura.*

3 *Ad condemnationem indicia, nouem numero, ſufficientia dicuntur.*

4 *Indiciorum reo danda copia.*

5 *Vſu tamen non obſeruatur.*

6 *Minæ an & quando ad torturam ſufficiant: & numero 7.*

8 *Palor, & coloris faciei mutatio, vocis mutatio, trepidatio, & inconſtantia, ſanguineus gladius, gladij delatio in ruſtico, & mendacium, indicia ſunt. & nume. 9. 10. 11. & 12.*

REGVLA XXVIII.

1 INdicia, † quæ ad torturam ſufficientia dicãtur (hoc opus, hic labor eſt, nec digitorum percuſsione fit) Iudicis arbitrio relinquitur: arg. l. ij. §. vltimo. ff. de teſtib. Bartol. in l. fin. nume. 5. ff. de quæſtion. Bald. in l. ij. nume. 5. C. quorum appell. non recip. Alexand. conſil. lxiij. habita. in fin. volu. j. Decius conſil. ccclxiij. in cauſa quæ agitatur in princip.
2 † Plura autem indiciorum genera, refert Bartol. loco præalleg. aliud, quippe, indicium remotum, aliud propinquum: illud quidem vnicum nõ ſufficere

ficere,quamuis hoc ſit ad torturam: de hac re, & reg.Bald.in l.j.nume.9.C.de confeſſ.& in l.milites.in princip.C.de quæſtio.& in l.ſicut falſi. C. de probat.& Alber.de Gand.in ſuo malef. Tract.
3 titu.de quæſtio. & tor. numero 36. † Quæ autem ad condemnationem indicia ſuppetant, nouem numero recenſet d.Albert.de Gand.titu. de præſumpt.& indic.indub.ex quibus condem.ſeq. poſſ. dubio procul non omittendus, vbi non in lente vnguentum,vt nec aureo piſcatur hamo: cui annectatur alius ipſius tit.ſequẽs.vbi de præſumptiõnibus,quibus ad condemnationem eatur, digladiatur: huic conforme eſt quod legitur apud Bonifac.de Vitell.in eius malef.Tract.titu.de indiciis,vbi ſatis diſertè de indiciorũ neruis,nec gemmam inſerit plumbo.his addatur tit.ij.ſequẽs.vbi de rumore & præſumptionibus.de rumore, extat Gandini titu.de rumore occulto & manifeſto. his denique contexi meretur tit.quæ indic. deb. præced.apud Bonifac.& Alber.de Gand.titu.de quæſtio.nume.13.& 14.vnde huius reg. medulas expi-
4 ſcari quiſquis poterit. † Indiciorum autem dandam reo copiã,quò ea extenuet, caſibus demptis, creditur: Angel.in verb.quòd fama. numero 37.
5 † Quod hodie nominatim nõ obſeruatur, quamuis defenſionum, ac reprobationum exactarum, copiá ei & fiat & cõcedatur:ſed in conſequẽtiam, probatis defenſionibus,vtplurimùm,contra indi
6 cia,probatio emergit ac enatat.† Ex minis autem occidendi,homicidium præcedentibus,indicium ad torturam ſufficiẽs elici,credidiſſe videtur Bal.
in l.

in l.Pacumeius.num.4.circa med.ff.de hæred.in-
7 ſtit. † ſi is,putà,minitetur, qui ſimilia exercere fa-
ma,fertur:text.in l.non omnis.§.à Barbaris.ff.de
re milit.& Bartol.in l.fin.ff.de quæſtio.facit l.ſpa
donem.§.qui iura.ff.de excuſat.tutor.& l.iubemus.
C.de probat.l.ſiquis ex argentariis.§.ij.ff.de eden.
non ſi bonæ ſit famæ, aut alterius generis delicti
macula depictus. ſcitè Hyppol. de Marſil.eius in
Pract.§.diligenter.nume.85.& nume.87. vbi, qui
mortem minitatur illicò occidi poteſt,ex Baldi
ſententia in l.j.nume.2.C.quando liceat vnicui-
que.ſine iud.ſe vindic. Etenim contra illum, cum
inimicitia,& aliis præcedentibus indiciis, & con-
iecturis,in præſumptionem itur:Sed contra bona
beatum fama,nō item;quòd minarum indicium,
bonæ & honeſtæ vitæ præcedentis, pondus elidat
& extermınet.c.cum in iuuentute. extrà, de præ-
ſumpt. quòd ex perſonis,minæ penſitentur,extat
text.aureus in l.vnica.in fine. C. ſi quis Imperat.
8 maled.vbi Bart.Bald.& alij doctè.† his addi ſolet,
palor, & coloris faciei mutatio:arg.l.de minore.
§.penult. verſic.plurimum. cum ſeq.ff. de quæſt.
9 †Vocis inſuper mutatio,trepidatio, & inconſtan
tia,& ſimilia,maximè è re futura ſunt, in veritate
eruenda & extirpanda:his enim exterioribus in-
diciis,intima abdita & abſtruſa emergunt & ena-
tant: d.l.de minore.§. penult. iuuat l.ſi tamen.§.
ij.ff.de ædil.edic.Alij aliud connectunt iudicium,
10 †ſanguineum gladij figmentum.l.vtrum.ff.de do-
11 natio.inter virum & vxor. in arg.Inſuper † gladij
delatio,maximè in ignobili,præſumptionem ad-

fert: l. vnica. vt armo. vſus. lib. x. & in Authē. de ar-
12 mis. col. vj. † his denique contexi mendacium, in mendacem poterit: l. vnius. §. teſtes. ff. de quæſtio. cap. literas. extrà, de præſum pti. De indiciorum natura & materia, latus eſt campus, apud Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. conſtante, per tot. & §. diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Fama ad queſtionem, debet eſſe eiuſdem ſpeciei delicti: & in fi. reg.*

2 *Etiam in alijs delictis, rei fama grauatur.*

3 *Quiſquis debet famæ conſeruandæ ſtudere.*

4 *Sola fama non ſufficit ad torturam, ſed alijs adiuta adminiculis.*

5 *In ciuilibus, fama cum vno teſte, ad condemnationem ſufficit: ſecus in criminalibus: & num. 8.*

6 *Aliud quoad crimina, iure Canonico creditur.*

7 *Quando reg. ſub num. 5. poſita, quoad ciuiles cauſas, non procedat.* 8

REGVLA XXIX.

1 AD hoc, vt † quis ex mala voce & fama, quæſtioni ſufficiatur, eiuſdem farinæ & generis delicti, famam eſſe oportet: inſufficiens autem diuerſi generis, & alterius farinæ diffamatio creditur: in Iure Roſcius Bartol. in l. Caſsius. in fin. de Senator. Palladius ille Bal. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. Ioan. And.

in

in reg:ſemel malus.de reg.Iur.in vj.Alexand.conſil.v.col.ij.& conſil.clxvj.col.j.vol.j.Thomas in voto.j.illuſtriſsime. Bald.tamen in l.vnica.nu.9.
2 in fin.C.de confeſſ.† etiam in aliis grauari hominis famam,opinatur: cui rei pondus addere velis equiſque,ex cap.defleat peccator.de reg.iur.extrà, & ex not.in l.ij.in fin.C. qui teſta.fac.poſſ.nititur.
3 Vnde† conſulit (nec in lente vnguentum) cuique,conſeruandæ famæ viam,& methodum, vitámque in eum degendam modum, vt hinc bona fama velut theſaurus inæſtimabilis volitet & exhauriatur: crudelis enim eſt, qui famam ſuam negligit:Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.quoniam.nume.89.Nam ſicut lilium,ſuauitatem odoris,ita bona fama,ſuauitatẽ & honoris gaudium
4 præſtat, vt ille ait:† ſolam tamen famam, ad torturam non ſufficere, idem Bald.in l.milites.nume.1.C.de quæſtio.autumat,& mordicùs tenet:videatur hac de re,Bartol.in l.de minore.§.tormenta.nu.30.in fin.ff.de quæſtio.Paul.de Lea.in Comment.cap.grauis.extrà,de poſ.de famæ probatione,& quandò ſola probet,pulchrè Alber.de Gandi.in ſuo malef.Tract.titu.qui ad famæ probatio. cum tit.ſequen.& trib.præced.vbi non immeritò de famæ,& infamiæ neruis,& viribus: idem titu. de quæſtio.& tor.nume.39.vbi ſola fama,ad torturam nõ iri,niſi aliis iuuetur adminiculis,æquiùs mihi videtur,quamuis ſine illis,poſſe,velle videatur:de fama,quódque ſola,aliis exuta indiciis,nõ, ſed horum adminiculo ſufficiens ſit, Angel.tradit in ſuo malef.Tract.in verb.quòd fama publica.

num.

5 nume.41. (vbi † vnius teſtis teſtimonium cum fama, in ciuilibus quidem, ſed non in criminalibus,
6 ad cōdemnationem ſufficere opinatur) † Auguſt. autem eò loci hæc iure Ciuili, non item Canonico incedere credidit: quòd Cano. iure, fama ſola, ſemiplenam probationem faciat: vt ibi per eum.
7 Limitat tamen † iuris Ciuilis regulam (quā magis approbat) tribus caſibus ibi contextis. de fama, quando probet, & quando non, ſcitè Specul. lib. iij. tit. fama quid ſit. per tot. cum tit. ſequen. vbi de
8 rumore. quòd † in ciuilibus, non item in criminalibus, ſemiplena probatio cū fama ſufficiat, mordicùs tenuit Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. expedita. num. 77. De regula noſtra, ſcintillam ſenit idem Hyppol. §. diligenter. nume. 86.

SVMMARIVM.

1 *Socij aſſertio, an & quando ſufficiat ad inquiſitionem & torturam: & nume. 2.*
3 *Præſumptionem facere quibuſdam, ſaltem ad inquirendum videtur.*
4 *Nonnullis ad torturam, in caſibus exceptis, ſufficere videtur.*
5 *Quando ſocius de ſocio interrogari poſſit, & torqueri: & nume. 7.*
6 *Confeſſio ſocij torti, non torquendi, indicium ad torturam ſufficiens non præſtat.*
7 *Socius torquetur ad enucleandum ſocios.*

REG

1 Confeſsio † ſeu ſocij aſſertio, in criminalibus, indicium ne quidem ad inquiſitionem (ex quorundam ſententia) ne dicam ad torturam, vel ſi ſocius malè famatus & ſuſpectus dicatur, non datis aliis indiciis, niſi in ſex caſibus exceptis, præbet: hanc refert cõmunem & veram opinionem, Dec. conſil. clxxxix. lætatus ſum. col. iiij. verſic. iij. & Fulg. con ſil. xvj. ſuper eo. col. iij. luce clarior text. in cap. veniens. in fin. extrà, de teſtib. & l. quoniam. verſic. ſi ſocij & participes. C. eod. vbi notatur ſuper gloſ. in verb. participes, quid de iure Ciuili aut Canonico, de hoc, nec quidem non condẽnatus, licet il-
2 lo Iure audiatur. † Crimen tamen læſæ Maieſtatis, & quinque alia excipi creduntur: gl. pen. mag. cum text. in c. ſiquis Papa. in fine. lxxix. diſtinct. & cap. quæro. verſic. hæc licet. ibi ad cuius accuſa-
3 tionem. vj. quæſt. j. Quibuſdam tamen, † ſocij reſponſionem, ad inquirẽdum ſaltem, præſumptionem adferre videtur: gloſſ. vlt. in l. vltima. C. de ac cuſ. præcipuè ſi vel fama, vel quid ſimile ei faueat: & hi, nõ in lente vnguẽtum, vt nec aureo piſcãtur hamo. huius rei micam ſenit Gandin. in eius maleſ. Tract. titu. de quæſt. nume. 16. cum ſequen. maximè. nume. 17. Angel. in ſuo maleſ. Tract. in verb. quòd fama publica. nume. 31. & ibi Auguſt. & nu. 106. vbi etiam Auguſt. qui Ang. eò loci eam reſpõ-
4 ſionem in caſibus dictæ l. vlt. C. de accuſat. † ad torturam ſufficere, ſatis crudè, opinatur: mouetur ille l. edictum. & l. j. §. cùm quis latrones. vbi videtur text. Lynceus. ff. de quæſtio. ídque habita æſtimatione

tione, fides ſit adhibenda, ex circunſtantiis & qualitate perſonæ, necne: contra d. gloſſ. vlt. in fin. C. de accuſ. quæ eam duntaxat aliquam præſumptionem facere credidit. Socius autem, quò criminis ſocios detegat & enucleet, in carcere & poni & detineri poteſt: Angel. eô loci. nume. 89. vbi Auguſt. qui hoc intelligit in caſibus de quibus in d. gloſſ. vlt. in dicta l. vlt. C. de accuſatio. & in l. j. extrà, de confeſſ. quando ſocius, putà, poteſt de ſocio
5 interrogari: † quod euenit, aliqua (illis tantùm caſibus) præcedente præſumptione, non aliàs: & ſic multò minùs torqueri: vt in d. gloſſ. quam ſequi-
6 tur ibi Bald. & quærit, an † quæſtionem paſſus, qui torqueri non debuit, ſuâ cōfeſsione in ſocium ad torturam faciat præſumptionem, & indicium: & tandem, in negatiuam parté, ſaltem nullis præcedentibus indiciis, pedibus manibúſque it, & pellitur: exempli cauſa, adfertur famoſus latro. l. diuus Adrianus. ff. de cuſtod. reor. l. j. C. eodem: l. prouinciarum. C. de feriis. Item falſæ monetæ caſus: l. j. in princip. C. de falſ. mon. vbi Iudices tortura ſocios expiſcantur. Tangam infrà, regu. xl. nume. 5. & 6. & reg. xxxj.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de alio facta, an & quando valeat: & quid de ſe & de alio.*

2 *Hæc, ſolam præſumptionem, perſeuerata confeſſio adfert.*

3 *Confeſſio in inimicum facta, non valet.*

In

4 *In caſibus exceptis, Albert. de Gandi. ad torturam à ſocio nominati, non credidit.*

REGVLA XXXI.

1 Confeſſio † de alio tantùm, in tormentis facta, ſpontaneæ præponderat: non ſi de ſe & alio, interrogatus reus, crimen faſſus dicatur: tunc enim ſpontaneam, quæſtionatæ præferri, & palmam obtinere itum eſt: de ſe autem confeſſionem ſpontaneam quæſtionatæ, maioris ponderis, creditum eſt: tex. in §. j. ſi verò; ſcilicet, in fin. ibi, quar. propt. hoc nihil celent verit. &c. in Authen. de teſtib. & l. cùm probatio. ff. de probatio. & ibi gloſſ. ſecundum & tertium membrũ, pondus accipient ex aurea mellita diſtinctione Bartol. in l. j. §. quæ-
2 ſtioni. ff. de quæſt. † hæc conſcij ſceleris confeſſio ſola, nullis indiciis, aut aliis auxiliata adminiculis, ſolam præſumptionem pro qualitate perſonæ, adfert, ſi ad aras vſque tortus perſeuerarit, non tamen ad quæſtionem, aut capturam, ſufficientem facit: notat phœniceè Cyn. in l. fi. C. de accuſat. & in l. repeti. ff. de quæſt. Prius reg. membrum, qui-
3 dam enucleant, † ſi contra inimicum reus non fateatur, quòd de facili tunc mentiretur: l. j. §. cauſa. verſi. prætereà. ff. de quæſt. l. iij. in princip. ff. de teſtib. in arg. plura de hac re apud Bonifac. de Vitel. in ſuo malef. Tract. tit. quę indic. deb. præced. tortu. à nume. 9. vbi plures, quibus de alio confitenti, caſus, ſtetur, recuſet: ſcitè de hac re, Alber. de Gandin.

din.in ſuo malef. Tract. titu. de quæſtion. & tor. nume.16.17.cum ſequen. & Angel.in eius malef. Tract.in verb.quòd fama publica. verſic.decimò quæro.nume.166.& nota.nume.49.& Auguſt. eò loci:gloſſ.Phœnicea cum text.in d.l.vlt.& de accuſation.
4 † Alterius nominatione à reo criminis factam,ad torturá in caſibus exceptis, in quibus ſocius de ſocio interrogari poteſt, ex l.vltima. C. de accuſatio.tantùm ſufficere,non aliàs, crebriùs Vbert.de Bonacur.eius in Pract.tit.quib.mod.ſuo no.ciui.agent.in verb.de ſe confeſsis.fol.35. credidit.Idem voluit Albert.de Gandin.eius in malef. Tract.tit.de quæſtio.nume.16.& nume.17.

SVMMARIVM.

1 *Fuga quando indicium ad torturam præbeat, & quando non: & nume.3.*
2 *Idem creditur de latitante, & ſeſe abſcondente.*
3 *Ratio huius regulæ.*

REGVLA XXXII.

1 FVga † ante inquiſitionem, delicto perpetrato, indicium ad torturam maximè ſororinam nacta famam, aut aliud id genus indiciū præbet, quamuis longè ſecùs, in iam accuſato, aut inquiſito aufugiēte, credatur: tunc enim vexationis & carceris metu potiùs, quàm conſcientia aufugiſſe ac ſolùm vertiſſe cenſetur: Bart.in l.j.ff.de bon.eor. qui mort. ſibi

2 ſibi conſc.vbi † de latitante ac ſeſe abſcondente, idem credidit Bartol.nume.5.& Angel.in l.fin.ff. de quæſtio.Rom.in l.lege Cornelia.vbi Barto.ff. ad Senatuſc.Sylla.Mattheſ.in ſing.cxlvj. Nota aureum dictum Iaſ.in l.ſi is,qui.col.ij.in fin.& in princip.col.iij.nume.5.in fin.C.qui teſta.fac.poſſ. & in l.admonendi.in prima lect.col.cvj. num.88. cum ſequen.vbi babylonicè, & lectu.ij.nume.157. ff.de iureiur.Decius in conſil.ccxxxiiij. in effectu. col.j.in princip.Hyppol.in rubr.C.de probat.nume.47.verſic.alio modo.tangit Bartol.in dicta l. admonendi.num.35. huius materiæ guttulam quis exhauriet ex reg.clxij.& reg.clxiij. apud Socin.in ſuis Fallen.& Angel.ſuo in maleſ.Tract.in verb.
3 quod fama publica.& nume.46. † Eius autem fugam, qui in delicti actu proximo,adfuiſſe conuincitur,indicium facere:habetur in l.lege Cor-
4 nelia.ff.ad Senat.Syll. † Ratio autem huius noſtrę reg.eſt, quòd, vt nondum inquiſitus, ita necdum accuſatus, conſcientia ſolùm vertere præſumatur,ſiue fugiendo ſiue latitando:poſteà verò,quauis via carceris vexationem, ac ſanguinis effuſionem,redimere poteſt:d.l.j.ff.de bon.eor.qui mort. ſibi conſc.vbi Barto.hoc mouetur & pellitur fundamento.huius regulæ medulas deguſtat Hyppol. de Marſil.eius in Pract.§.diligenter.nu.41.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerati aſſertio,iurata,non plenè probat, ſed indicium ad torturam præſtat:ſecundum quoſdam.*

F *Alij*

2 *Alij aliter & in contrarium, quoad torturam, opinantur.*

3 *Hoc verius creditur, alijs non exiſtentibus indicijs.*

REGVLA XXXIII.

1 Aſſertio† ſolius vulnerati iurata, etſi haud plenè probet contra vulnerantem: l. ſi quis in graui. §. j. ff. ad Senatuſc. Sylla. facere tamen ad torturam, indicium, quibuſdam videtur: Phœnicea gloſſ. in l. ij. in verb. cauit. C. de calumniat. Ange. in dicta l. ſiquis in graui. §. ſiquis moriens. ff. ad Syllania. Ana. in ſingul. xxvj. caſus eſt quòd ſiquis. col. j. volu. iij. poſt Angel. in d. l. ij. C. de calumnia. tex. in l. iij. §. j. in princip. ff. ad Syllania. iuuat l. j. §. vltimo. in fin. eod. In contrariam iuit ſententiam, Auguſt. apud Angel. in eius malef. Tract. in verb. qui Iudex ad probationem. verſic.
2 tu autem. nume. 12. † hac ratione lactatus & illectus, quòd non omnes qui è corporis vinculis euolant, ſint ſancti (vt ille ait) Ioannes: & verius ac humanius, quod Auguſt. & aliis pluribus, & placuit, & viſum eſt, aliis non exiſtentibus indiciis, crediderim. & ita vtimur. Addes quæ dicam reg.
3 ſeq. maximè num. 4. † An autem ſola læſi aſſertio, hæredem accuſatorem, à calumnia ac expenſis exuat, & liberet, ſcintillam deguſtabis reg. cxxx.

SVMMARIVM.

1 *Ad condemnandum, ſolius vulnerati vel iurati*
aſſert

aſſertio non ſufficit: & nume. 4.

2 *Exoneratus à vulnerato, vel extantibus indicijs, à tortura liberatur.*

3 *Exoneratio non prodeſt, probationibus in contrarium exiſtentibus.*

4 *Aſſertio vulnerati ad aras vſque perſeuerata, alias probationes iuuat.*

REGVLA XXXIIII.

1 SOlius † vulnerati dictum, quantumuis iuratum, ad quem onerandum & condemnandum, non ſufficit: ídque fauore liberationis, & condẽnationis odio: arg. l. Arrianus. ff. de action. & oblig. l. abſentem. & l. ſi Præſes. ff. de pœnis. Alexand. in conſil. xxiiij. lib. ij. Bald. in l. ij. C. de calumniato. tex. in l. iij. ff. ad Sylla. Petr. de Ca. conſil. clxvij. Alber. de Gandeius in malef. Tract. titu. de tranſactio. & pact. in in malef. nume. 16. in fin. gloſſ. pen. in l. ij. vbi Ang.
2 de calumniator. † Et tantus eſt liberationis fauor, vt vel extantibus indiciis, à vulnerato exculpatus ac exemptus, à tortura exuatur: Bartol. in dicta l. iij. §. j. ff. ad Syllanian. Quod dictum procedere crebriùs creditur, niſi liquidis ac Lynceis probationibus, in contrariam opinionem & ſentẽtiam, Iudex pelleretur: tunc enim vulnerati dicto, & exculpationi, aut aſſertioni, vel iuratæ, nullo modo ſtandum, locis præalleg. Auguſtin. in eam pedibus manibúſque iuit ſententiam, apud Angel. in d. verb. qui Iudex ad probationem. verſicu. tu au-

tem, præalleg. de hac re, ſequen. reg. vtcunque ta-
4 men alias probationes, offenſi aſſertio iurata in vltimo ſpiritu, fulcit text. in l. iij. §. j. ff. ad Syllania.

SVMMARIVM.

1 *Exculpatio offenſi, reum & à tortura, & à condemnatione, eximit: intellige, vt in præced. reg. dictum eſt.*

2 *Sola vulnerati aſſertio, hodie parùm prodeſt.*

REGVLA XXXV.

1 EXculpatio † (vt ſic loquar) offenſi, adeò inquiſitum onere eximit, & omnia delere indicia creditur, vt nec torqueri, ne dicam condemnari queat: aureum & Phœniceum Baldi dictum Sybilinũ in l. j. col. penult. num. 32. C. commu. de leg. Alexan. in dicto conſil. xxiiij. col. iiij. verſic. fortifico. volu. ij. alleg. text. in l. Paulus. la ij. §. j. ff. de bon. libert. iuncta l. ij. in fin. ff. ad Senatuſc. Sylla. Felyn. in c. j. circa fi. de præſumpt. Hyppol. conſil. lxvj. poſt reditum. & ſing. xxij. confeſsio. Thomas de Neapol. in voto xxiiij. in cauſa Nicolai. & ſingul. lv. nota bene Albert. de Gandin. eius in malef. Tract. tit. de trãſact. & pact. in malefic. nume. 16. in princ. Auguſt. apud Angel. eius in malef. Tract. in verb. qui Iudex ad probationem. verſic. tu autem, præalleg. quod ſic accipias velim, ſi aliundè in contrarium nõ emergant probationes: vt reg. pręced. num. 3. conſignatum

2 tum literis videre eſt: Et ita vt † parùm aut nihil, ſola vulnerati aſſertio ſeu exculpatio, reo proficiat, vt & parùm accuſatorem iuuat: & ita vtimur. ad huius reg. enucleationem, repete præcedentes. Exculpationem, eſſe innocentiæ rei indicium, mordicùs tenuit Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. diligenter. nume. 260. quamuis reum ea aſſertione non iuuari, alibi nu. 118. eodem §. dixerit.

SVMMARIVM.

1 *In quæſtione pluribus infligenda, à iuniore, ac timidiore incipiendum.*
2 *Et à ſuſpectiſſimo quoque.*
3 *Hinc, à iuniore, aut muliere: & nume. 4.*
5 *Rei ætas, fortitudo, ac debilitatio, criminis atrocitas, conſiderabitur.*
6 *Methodus & quæſtionis modus, à Iudicis arbitrio dependet.*
7 *Ordo in tortura ſeruandus, & quis.*
8 *Qui quæſtio fiat, & in ea procedatur.*
9 *Quibus quæſtio nõ detur, præſentari quàmuis poſſit.*

REGVLA XXXVI.

1 IN † quæſtione pluribus infligenda, à iuniore, timidiore, ac eo, à quo veritatem faciliori negotio, Iudex extorqueri poſſe autumabit, inceptandum: Lynceus text. in l. j. §. j. verſi. item diuus. & l. vnius. in princ. ff. de quæſtion. Bartol. legum Coryphæus

2 in l.j.in princip.ff.de quæſtion.† Et à ſuſpectiſsi-
3 mo quoque primordia ponenda:† hinc à filio expoſcēda veritas in patris facie, per torturam, quò pater humanitate & pietate pulſus, veritatem faciliùs euomat: l.iſti quidem. ff.quod met.cauſ.§. ſed veteres.Inſtitut.de noxa.actio.verſi.quis enim
4 patiatur,&c.† A fœmina inſuper cunabula ſumenda, quòd tenuior & minoris conſtantiæ, viro ducatur: non Talpeus tex.in l.prægnātis.in ij.reſpōſ. ff.de pœnis.vbi gloſſ.vlt.& Bartol.auxilio erit l.filia.C.de inof.teſt.l.deferre.in princip.ff.de iure Fiſci.c.forus. extrà, de verborum ſignific.l.quiſquis.§.ad filias. in fin. C.ad legem Iul.maieſt. Di-
5 cam infrà, reg.cxxviij.nume.8.† Habenda denique delicti, in grauitate ac atrocitate conſideranda, ratio erit, vt & conſideranda rei ætas veniet, fortitudo, ac debilitas, in quæſtione indenda, quò Iudex cum medela ac temperamento incedat: l. de minore.§.tormenta. ff.de quæſtio.l.iij.ff.de re milit.§.fin.& l.ſiquis in graui.in princip.ff.ad Syl-
6 la.& l.quæſtionis modum.ff.de quæſtio. vt † quæſtionis omnis ferè modus & menſura, ex Iudicis arbitrio, velut nido, volitet & dependeat: in quo quiſquis ſcribentium murus aheneus eſt. vnde videat ne in ea quæ reg.xl.nume.7.& reg.xlj.dicuntur, irrepat ac præceps cadat: de temperamentis à Iudice adhibendis in tormentis, tangit Albert.de Gandin.in eius malef.Tract.tit.de quæſtio. & tor.
7 nu.5.10.& 11.vbi † etiam de ordine, in quæſtione pluribus infligenda, obſeruando, huius ad imum reg.micam habet Bonifac.de Vitell.in eius malef.

Tract.

8 Tract.tit.qualiter ſit fienda tortura: † Fiet autem fune, vel alia ſimili via: vt notat.in l.edictum. ff.de quęſtio.Idem Bonifac.in fin.dicti tit.ſybilinè, ve-
9 lut quidam legum Palladius,& Coryphæus.† Quę autem perſonæ, torturæ onus enatent & euadant, ſcitè diſcutit Hyppol. de Marſil. eius in Pract.§. expedita.nume.27.cum aliis ſeq.qualis eſt Decurio, Doctor, Aduocatus, miles, Doctorum filij, minores xiiij.ann.maiores Magiſtratus eorum durante officio, Clerici in ſacris conſtituti nō infames, decrepitæ ætatis, Reipublicæ vtilis,& ſimiles: niſi in læſæ maieſta.crim. illis autem caſibus torti confeſsio nō nocet: ibid.nume.46.de reg.noſtra, Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.expedita. nume.49. terreri tamen poſſe videntur vt impubes, per quęſtionis præſentationem: Phœniceus text.in l.j.§. impuberi.ff.ad Syllan.Dicam infrà, reg.xliiij.

SVMMARIVM.

1 *Reus quæſtionem, in negatione deliteſcens, paſſus, omnes probationes abolet.*

2 *Non eſt ſapiens Iudex, qui plena probatione exiſtente, ad quæſtionem ſaltē ſine clauſula, Citra præiudicium,&c.confugit:& nume.3.*

4 *Quando ſufficiens probatio deeſt, quî procedatur: & nume.5.6.7.& 8.*

5 *Quando pars ciuilis condemnetur in expenſis & eo quod rei intereſt:& nume.6.7.& 8.*

6 *Quando Fiſci Procurator in expenſis vel proprio nomine condemnetur, & quando non:& numero.*

ro 10.11.*&* 13.

12 *Mitiùs cum Officiali,quàm cum alio,agitur.*

13 *Culpa Procuratoris Fiſci,dominum ligat,nõ dolus,* *&* *nume.*5.

14 *Fiſcus obtinens,non lucratur regulariter expenſas.*

15 *Iudex iniquè quem vexans, tenetur ad ſumptus partis.*

REGVLA XXXVII.

1 REus † in tortura ſaxeus ac conſtans, in negatione deliteſcens, omnes probationes, quantumcunque rotundas, ac teretes,ſeu plenas,contra ſe militãtes, adeò exanimat,eneruat,& debilitat, vt harum vi & colore,nihil ſtatim,ne dicam condemnari poſſit:Sybilina glo.ij.& Abb.in l.edictum.ff.de quæſtion.Bart.in l.vltima.ff.de quæſtio & in l.vnius. §.j.vbi not.eodem tit. Roſcius ille Angel.Aret. in ſuo malef.Tract.in verb.quod fama publica. nume.119.cum ſeq.Albert.de Gandin.ſuo in malef. Tract.tit.de quæſtionibus.& tor.nume.21. Hypp. in dicta l.edictum,& in ſing.lxiiij.plura profectò. & in ſing.cclxij.quod potui nolui. Cæpol. conſil.

2 xxxij.quidam ruſtic. col.penult. hinc † fertur Iudex vt Chorebo ſtultior, ita fatuus, ad torturam, delicti probationibus rotundis & plenis confugiens:Alber.in rubr.de quæſtion. C.& Cæpol. d. conſil.col.penult. Tetigi ſuprà,xxiiij.reg. circa fi.

3 † Sed huic fatuitati vt obuiam eatur, medela hæc adhibenda eſt,ſi ore rei proprio veritatem (iuxta

l.j.

l.j.in princip.verſic.ad tormenta.ibi,vt ſolà.ff.de queſtion.) extorquere tentet, vt dicat ſua in ordinatione Iudex,quæſtioni reũ citra probationum præiudicium, ſubiiciendum (& hac cautela pluries vtitur ſupre.Sabaudiæ Senatus, cuius nutu omnia in his finibus,geruntur & fiunt, & rectè) vt eo caſu,probationum vi ſuperſtite & ſalua, ſi ea ſit rotunda ac ſufficiens, ad condemnationem ni-
4 hilominus pedibus manibúſque eatur: † Sin minùs relaxetur reus,cum cautione & ſubmiſsione ſeſe toties quoties,vt aiunt,repræſentandi & iudicatum ſoluendi, citra tamen aliqualem delicti abſolutionem: & interim ampliùs inquirendum & informandum, decernere ſolitus eſt Iudex.
5 † Alij hac vtuntur methodo, vt ab inſtantiæ quidem obſeruantia,reum abſoluant, ſed non à delicto,partem ciuilem in expenſis & eo quod rei in-
6 tereſt,condemnando:† Id'que ratione calumniæ, vel ſi indicia extent non manifeſta: Bald.in l.fin. ff.de calumniat.nota.in l.penult.C.de condict.ob cauſ.dat.& l.ſed etſi vnius. ff.de iniur.& l.domi-
7 nus.C.de quæſtio.† Sin manifeſta torturæ, id eſt, quibus ad torturam itum ſit, & ad accuſationem deuentum dicatur, extẽt indicia, excuſandus accuſator à calumnia creditur:Bald.in l.iij.C.ad legem Iul.de adulter.vel ſi ſola ſemiplena adſit probatio,niſi in contrarium plenè reus probet:Hyppol.de Marſil.§.conſtante.nume.97.& §.ſupereſt. nu.1.2.3.4.5.6.& ſeq.vbi latè & ſcitè de parte ciuili,inſtigatore,denũciatore & ſimilibus. Tãgã infrà,reg.cl.De hac inſtantiæ, nec delicti abſolutio-

F 5 ne

ne definitiua,ſcitè Salic.in l.ſi hi qui.C.ad legem Iul.de adulter.iuncta ibi gloſſ.vlti.in vlt. verbis.
8 †Ratio autem huius incedendi methodus & viæ, ex ſuperueniẽtia probationum & indiciorum, & expoſcenda,& expiſcanda venit:poterũt enim aliæ in poſterum enatare & emergere probationes,aut indicia,quibus prioribus pondus addatur. Verùm prior illa,ſi cauſa ſaltem agendi iuſta ſubſit,vt nunc diximus,melior & æquior videtur:harum viarum guttulam ſenit quis apud Bartol.in l. vnius.§.j.prælleg. ſcintillam deguſtat Albert.de Gandi.eius in maleſ.Tract.titu. locis prællegat. huius rei mica eſt apud Chaſſan.in Conſuetu.Burgund.tit.*des iuſtices*.§.v. verſic. *s'il n'a grace.* nume.93.cum ſeq. ſenit nonnihil,nec aurum inſerit plumbo,Petr.Rebuf.in procem.Conſtit.reg.gloſ.
9 v.nume.118.Delibabo infrà,reg.clxj. † Sin ſolùm adeſſe Fiſci Procuratorem dixerimus, horum neutrius condemnationem is extimeſcit nec formidat: arg.text. in l.iniuriarum.§.is,qui iure. ff. de
10 iniur.cum aliis id genus: † niſi dolus,fraus,calumnia,aut concuſſio in eo detegeretur & conuinceretur:quo caſu in eum,priuato nomine, condemnatio irreperet: c.vltimo.extrà, de calumn.& l. vnica.de ſumptib.recuper.in fin.lib.x.C.cõgruit, l.ij.§.ſi publicanus. ff.vi bon.raptor.& Bald.in l. ij.C.qui accuſare non poſſ.iuuat l.poſt legatum. §.Aduocatũ.ff.de his, quib.vt indi.& l.cùm quædam.§.inuenimus.C.de adminiſt. tutor.l.non eſt
11 ignotum.iuncta gloſſ.eo. † niſi ſpeciali mandato fulciatur,aut ratum ab eo geſtum tãdem aliquando

do dominus habeat:Phœnicea gloſſ.ij.in l.iij.§.ſi Procurator.ff.quod quiſque iur.non in lente vnguentum Bartol.in l.j.§.ſi Procurator.ff.ſiquis ius dicenti non obtemp.num.5.nec Talpeus idem in
12 l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi arm.† Mitiùs & leuiùs tamen crebriùs cum Officiali,quàm cum alio agi tur:Palladius ille Bald.in l.ij.C.qui accuſ.nõ poſſ.
13 †Sola autem Procuratoris Fiſci culpa, dominum ligat & vincit:l.quòd ſi nolit.§.quod in Procura-
14 tore.ff.de ædil.edict.& ibi glo.†Hinc,in compenſam, ſi Fiſcus palmam nanciſcatur, nec in ciuili nec criminali iudicio,à parte expẽſas(vt quorundam gutturi arridet) repetit:ex l.vltima.C.de fructib.& lit.expenſ.ſed id regulare non eſt: guſtum huius rei (nec aureo hamo) inſeremus in regu.cl. Cuius autem expenſis & ſumptibus, proceſſus criminales texantur ac nectantur,dicetur regu.clj. huic iuſtè nec immeritò nectenda,quam poſt hãc videas,quaſi hanc pedetentim ſequeretũr,& velut
15 huius ſequelam.Denique † Iudicem, dolo, culpa, aut negligentia, quem vexantem, ad ſumptus rei teneri itum eſt:Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§. ſupereſt.numero 8.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator tenetur cauere de damnis rei in caſum abſolutionis.*

2 *Hodie id vix obſeruatur.*

REG

REGVLA XXXVIII.

1 IN † criminibus, ſaltem quæſtioni & torturæ obnoxiis (qualia ſunt capitalia & atrociora) accuſator ſeu pars ciuilis, de damnis, & eo quod rei intererit cauere, in caſum abſolutionis teneri creditur: hoc velle videtur Phœniceus text. in l. iij. in fin. verb. C. ad legem Iul. de adult. vbi Bald. rem hanc quibuſdã depingit coloribus & diſtinctionibus:
2 † quod hodie parùm obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *In atrocioribus delictis, quando ad quæſtionem eatur.*
2 *Quod & ad ciuilia negotia, ardua, extẽdi itum eſt.*
3 *Ciuilis cauſa, aliquando criminalizatur.*

REGVLA XXXIX.

1 IN † capitalibus & atrocioribus ſceleribus, indiciis præcedentibus, & plena deficiẽte probatione, in ſubſidium ad quæſtionem itur: l. edictum. §. quæſtiones. ff. de quęſtio. l. milites. & ibi Bald. in princip. & nume. 6. C. de quæſtion. ſing. gloſſ. penult. in l. j. C. eod. vbi etiam Bald. vt omnibus in his criminibus, ea adiudicetur, indiciis fulta, quibuſdam tamen demptis ca-
2 ſibus. † Quod & ad ciuilia negotia, ſaltem ardua, præcipuè crimini annexa, ſcribẽtes, in ſubſidium

ſaltem

ſaltem dilatant: aureus & Lynceus text. in l.ij.ff. de appellat.recip.vel non.& in l.diuus Pius. ff.de quæſt.& c.j.depoſi.extrà, & ibi not.Butrig.Imol. & Panorm.Alexand.conſil.lxxvij.in caſu. col.fin. vol.j.l.ex libero.ff.de quæſtion. & l.edictum.cod. in hanc ſerpſit & raptus hæreſim eſt Bonifac.de Vitell.in eius malef.Tract.tit.de quibus cauſ.quis poſsit torq.his congruit & arridet l.interrogari. C.de quæſtion.non diſsidet Albert.de Gandin.in
3 ſuo malef.Tract.tit.de quæſtion.nume.12.†Et hoc ciuili caſu,dicitur lis criminalizari, eo intuitu, & quòd quoad hunc articulum, ſit via incedendum, extraordinaria: at l.j.in fin.& ſimiles.C.eod.ſpecialem caſum, eò loci & à gloſſ.& à Doct.ſepire,& ambire creduntur. De his tetigi ſuprà,reg.xxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio repetitur, alijs enatis indicijs.*
2 *Trepidatio, variatio, ac mutatio, ſola ad repetendam torturam ſufficientes ſunt coniecturæ.*
3 *Repetitioni locus creditur, quando noua indicia, euidentiora prioribus, eluceſcunt.*
4 *Socij & mandantis caſus, à reg. exemptus.*
5 *Socij inculpatio, an ſit indicium ſufficiens ad torturam: & nume.6.*
7 *Torto vel exceſſo, extincto, Iudex tenetur.*
8 *Hæc noua indicia, debent eſſe diuerſi generis à prioribus.*
9 *Qui nihil dixit in tortura, non eſt repetendus.*

REG

REGVLA XL.

1 QVæſtio † ſeu tortura, nouis ſaltem enatis & emerſis indiciis, repetitur, non aliàs, vt crebriùs creditur: Lynceus text. in l. repetit. & l. vnius. §. reus. ff. de quæſtion. Albert. de Gandin. eius in malef. Tracta. tit. de quæſtion. & tor. nume. 4. & 20. Bald. in l. militis. nume. 4. C. de quæſtion. tangit Angel. in eius malef. Tract. in verb. quod fama. verſic. nonò
2 quæro. nume. 105. vbi † de rei trepidatione, balbutia, ac variatione, ſolis ad torturam repetendam, ſufficientibus, cùm tamen Auguſtini eò loci declaratione, & verſic. ſi verò negat. nume. 119. hoc (ad rem) vidētur velle verba illius §. reus. in verb.
3 euidentioribus, &c. quaſi velit † Iuriſcō. tunc demùm iterum & denuò quæſtionem repeti, quando euidentiora prioribus argumenta, & indicia adſunt: Bartol. in d. l. vnius. §. reus nume. 2. in ij. intellect. iis congruit Ordinatio regia ſub rub. *des questions & tortures*. artic. iij. & ita vtimur, putà, vt torturæ repetitio in nouis deliteſcat indiciis.
4 † Caſus tamen ſociorum criminis, & mandantis, crebriùs excepti creduntur: vt nec ſine iis, delinquens detentus, ſociorum & mandantis, detegendorum cauſa, torqueatur: belliſsimus & text. ſing. in l. etſi certus. in princip. ff. ad Senatuſc. Syllan. Bartol. in dicta l. repet. §. vltimo. ff. de quæſtion.
5 Sed an † ſocij inculpatio, ſufficiens indicium ad torquendum ſocium, præſtet, ſcitè Angel. & Auguſt. in d. verb. verſic. decimò quæro. nume. 106. & num.

nume.95.96.& 98.notatis in l.vltima.C.de accuſat.iis nexis,& ibi gloſſ.vltima. caſus deſcribens,
6 quibus ſocius de ſocio interrogetur, & quòd † ſola hinc præſumptio emergat & enatet,quam crebriùs non ſufficere ad torturam,ſolam nec vrgentem,itum eſt.qua de re v.reg.xxx.latè & babylo-
7 nicè.Quòd † ſi reus ſine indiciis repetatur,vel aliter in tortura excedatur,vt inde mors irrepat, Iudicem de homicidio teneri creditum eſt: Bald.in dicta l.milites. & in l.vnica.C.de emẽd. ſeruo. nume.1.& 4.& Bartol.in l.quæſtionis.ff. de quæſtion.& Alber.de Gand.eius in malef.Tract.tit.de quæſt. nume.35. Dicam reg.ſeq. quòd Iudicis ſæ-
8 uitia præſumatur,Bald.in dicta l.vnica.†Hæc autem noua quę diximus,indicia,diuerſi generis ſint à prioribus, operæpretium eſt: arg.nota.in l.per hanc.C,de temp.& repa.appell.& per Bartol.in l. vnius.ff.de quæſtion. de quæſtionis repetitione, guſtum decerpere licet ex Bonifac.de Vitell.in eius malef.Tract.tit.quę indicia deb.præced.tort.
9 à nume.12.† De torturæ repetitione,& eo qui nihil dixit in tortura,non retorquendo,ſcitè Alber. de Gandin.in ſuo malef. Tract.tit.de quæſtion.& tor.nume.4.& nume.20.

SVMMARIVM.

1 *Qui in tormentis deceſſit,Iudicis ſæuitia defunctus præſumitur.*

2 *Et culpa,& dolo,& aliàs Iudex excedere poteſt:& quî puniatur.*

Cum

3 *Cum Iudice, coniecturis incedendum.*
4 *Punitur Iudex, appellantem exequi mandans appellatione pendente.*
5 *Plura Iudicis vitia.*
6 *Pœna lege grauior, indita infamiam non infert.*

REGVLA XLI.

1 IN † tormentis, qui è corporis vinculis
euolauit, Iudicis ſæuitia exanimatus prę
ſumitur: rem acu tetigit Bald. in l. vnica. C. de emend. ſeruo. nume. 1. & 4. aurem mordaci lotus aceto Bartol. in l. quæſtionis. de quæſtion. & Bald. in Iure Roſcius, in l. milites. num. 4. C. eodem. ſcitè idem Bald. rem hanc diſtinctionibus decorat & ditat in l. iij. in fin. C. ad legem Iul.
2 de adulter. vbi † ſæuitiam, exceſſum, dolum, culpam, & caſum ſegregat: vt exceſſus culpæ admixtus, aut dolo contextus, puniatur: dolus quidem, lege Cornelia de ſycar. at verò culpa, ſecundum ipſius culpæ qualitatem: notat. in l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adulter. crebriùs, vt ſuo Iudex exuatur cingulo, ac priuetur officio: vnde qui Iudex in tortura, ſaltem quum excedit, ob talem ſæuitiam & dolum, in homicidij crimen irrepit, & decapitari (vt Baldi verbis rem tam cruentam decorem) debet: Bald. d. nume. 4. & Bartol. loco præalleg.
3 qui † ex coniecturis & indiciis, Iudicis culpam decerpendam, ac dolum exhauriendum, quò ipſius immanitas & cruēta ſæuitia, pœna crucietur condigna, edocet. Eodem morbo laborare creditur

Iudex

4 †Iudex,condemnatum appellãtem, exequi appel latione pendente, mandans, & faciens: mellitus text.in l.lex Iulia,in fin.verſic.quid enim,cum ibi notat.ff.ad legem.Iul.repetund, vbi de aliis Iudicis vitiis,in condemnationibus & executionibus adhiberi ſolitis,ira,putà,pecunia,& aliis id genus:
5 vnde eodem helleboro indiget is Iudex ; iuuat l.j. & Authen.nouo iure. C.de pœna Iudic. qui malè iud.& l.ij.ff.de condict.ob turp.cauſ.pro hac reg.eſt Angel.in eius malef.Tract.in verb.quod fama publica.nume.104.huius rei micam habet Alber.de Gandin.ſuo in malef.Tract.tit.de quæſtio. & torment.num.35.vbi diſtinctionibus rem hanc ornat & polit,de inuento mortuo in carcere,di-
6 cam reg.cxliij.nume.9.Adde,quòd ſi † Iudex lege grauiorem pœnam indat, infamiæ labes inde in reum haud repit,nec ſerpit: & quãdo,Phœniceus text.in l.quid ergo.§.cum autem. verſic.pœna.ff. de his,qui notantur infamia.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis malè iudicantis, pœna.*
2 *Siue culpa,dolo,negligentia,&c.*
3 *Hodie mulctatur Iudex.*

REGVLA XLII.

1 IVdex † in criminalibus,culpa aut ignauia malè,vel procedens, vel iudicans, nõ obſeruato, putà, iuris, aut ſtili loci ordine,

ſed præpoſteratione vtẽs, aut ineptitudine lapſam ſententiam ferens, & litem ſuam facit, & parti læſæ damna reſarcire, de iure communi tenetur: l. prolatam. C. de ſenten. & interlocut. omn. Iud. & c. ſacro. extrà, de ſenten. excommunic. & l. ſi quando. in fin. C. de teſtib. & l. ſancimus. in fin. C. de Iu-
2 dic. & can. Dominus noſter. xxiij. q. iij. † Id'que, ſiue culpa, ſiue ignauia ſeu negligentia, aut & maximè ſi Iudicis dolo & iniuria, lata conuincatur ſententia: c. vlt. extrà, de empt. & vendit. & l. emptor fundi. C. de euictio. vix tamen hodie hæc flo-
3 rerent: verùm † ſi in iure & in facto, Iudex erraſſe conuincatur, in mulctam pecuniariam incidit in Gallia, vi Ordina. regiæ, & in Sabaudia vi ſtili ſupremi Senatus, arti. cccxlj. iuuat reg. xxxvij. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Unum crimen confeſſus pro alio, indicijs non vallato, non torquetur ſi interrogari poſſit.*
2 *In contrarium à nonnullis itur, in iterari ſolitis criminibus.*

REGVLA XLIII.

1 VNum † crimen quæſtione, indiciis præcedentibus, confeſſus, aliorum ſcelerum prætextu (nullis horum datis indiciis) vel eiuſdem farinæ & generis, torqueri ſaltem, ſi interrogari queat, non poteſt: idque, iuris ſubtilitate, reorum fauore: quàmuis à nonnul

2 nonnullis † in delictis, crebriùs perpetrari & frequentari, vt illi aiunt, ſolitis, vt furtis, in contrariam eatur ſententiam, & conſuetudinem: l. ſicut. C. de falſ. l. j. in princip. ff. de quæſtioni. & l. maritus. eod. pro hac conſuetudine affertur text. in l. congruunt. ff. de offic. Præſid. & in l. non omnes. à barbaris. ff. de re milit. iuuat quod arriſit & placuit Albert. de Gandin. in ſuo malef. Tract. tit. de quæſtion. & tor. nume. 19. vbi hæc eadem deciſio ſedem obtinet. De hac reg. deguſtabo infrà, regu. xlviij. nume. 5. Qui autem quæſtioni haud ſubiiciantur, deguſtauimus ſuprà, reg. xxxvj. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Quando reo offerri & præſentari, ſed non dari quæſtio debeat, & poſſit.*
2 *Qui in eius oblatione incedatur.*
3 *Si nihil Iudex profecerit, quid fiat.*
4 *Quid ſi confeſſionem Iudex adeptus ſit eo modo.*
5 *Extra torturæ locum, eius comminatio facta, ſi reus faſſus crimen dicatur, comminatio confeſſarij non obeſt.*
6 *Niſi in vim ſententiæ quæſtionis, id fieret, & quando.*
7 *Solus tormentorum timor, reo prodeſt.*
8 *Solus armorum terror, excuſat.*
9 *Cibi aut potus abnegatio, ac carceris durioris mutatio confeſſionem, vi & tormentorum metu extortam denotant.*
10 *Quæſtionis verbo, quid veniat.*
11 *Hodie quid.*

REGVLA XLIIII.

1 VBi † indicia ad torturam ſuppetentia, abſunt, alia tamẽ his proxima legũtur, ad terrorem quæſtio reo offerri ac præſentari poteſt: mellitus text. in §. talem verò. in Authen. de mand. Prin. col. iij. phœnicẽ Bald. in l. ij. nume. 4. C. quorum appellat. non recip. & in Clemen. j. extrà, de hæretic. & c. j. extrà, de teſtib. & l. j. §. impuberi. ff. ad Senatuſc. Syllan.
2 Quo caſu, † ad torturæ oblationem & præſentationem, ſiue Iudicis ſententia, ſola Iudicis medullita & inteſtina deliberatione, itur: nam ſi Iudex id eliminaret, & in apricum ederet, reo appellare aut liceret, aut ipſi curæ nec ſtudio eſſet. Exhaurietur autem proprij carceris loco, & ad aſſuetum quæſtionis locum, deducatur reus oportet, vbi veſte exuta, & tormentis, funiculis, ac aliis id genus ſolitis, reo oſtenſis, comminationibúſque de eo torquendo, déque eo (fictionibus habitis) ligando, ſi veritatem non euomat nec eliminet, eò tandem
3 venietur, vt † ſi nihil profecerit Iudex, reum in carcerem remittat, deliberaturus ſuper litis deciſione, aut interlocutione, qua actor ad maiorem delicti probationem, his verbis, *Et ce pendant ſera plus amplement informé*, &c. admittatur, reo interim forſitan ſub cautione & ſubmiſsione laxato, vel aliàs prout Iudici æquum & bonum videbi-
4 tur: l. vnius. §. in ea. ff. de quæſtio. † Sin confeſsione rei Iudex nactus ac adeptus dicatur, repetitione extra torturæ locum, & perſeuerantia habita, con demn

demnationi locum eſſe,ex præcedentibus liquet,
5 & ex his, quę infrà,aliis dicentur regulis.Quòd † ſi extra torturæ locum, quæſtionem Iudex comminetur,& reus confiteatur, hic leuis eſt timor, nec reum excuſans:l.metus.ff.ex quibus cauſ.maio.iuuat in arg.l.hæc autē ſatiſdatio.ff.ſi cui plus, quàm per leg.ibi,Nam iniquum erat, &c.vnde hoc caſu,vnica confeſsio, ad condemnationem ſufficiēs
6 pondus creditur.† Aliud autumarium ſi lata quęſtionis ſententia, eiúſque prætextu comminatio facta,quantumuis extra torturæ locum, dicatur: iuſtus enim metus,maximè à ſententiæ pronunciatione dici creditur:arg.d.l.metus.& l.j.§.ex incendio.& l.Pedius.ff.de incen.rui.& naufrag.tūc enim perſeuerātia eſſe opus,quod confeſsio iuſto metu nacta videatur: arg.l.metum præſentem. & l.metum accipiēdum.& l.metum autem.ff.de eo, quod met. cauſ. facit l.ij.ibi, Aut formidine tor-
7 mentorum.C.quorum appell.non recip.vbi † ſolus tormentorum timor reo prodeſt:& ibi gloſ.in verb.aliquid dixerit,&c.his addatur l.idem eſt.in fin.prin. verſic.qui armati.ff.de vi & vi arma.vbi
8 † ſolus armorum terror ſufficit. Eôdem ventum
9 eſt,† ſi ob cibi & potus denegationem, vel carceris durioris mutationem & retentionem, reus ad confeſsionem à Iudice impellatur & inducatur, vt tormentorum metu id genus confeſsio extorta dicatur: arg.l.item apud Labeonem.§.quæſtio-
10 nem.ibi, † Quæſtionis verbo,etiam ea, quam malam manſionem Græci dicunt,continebitur, &c. ff.de iniur.vbi gloſſ.in verb.Græci,de cibo & po-

tu & ſimilibus,deguſtabo infrà, reg.xlix. num.10. Verùm regulam hanc,quidā hodie ita enucleant, vt ad ſupremarum Curiarū, velut ad Stoicorum dumeta,fimbrias & limites coarctent,ob minorum Iudicum appellationes. De hac reg.ſuprà,regu.xxxvj.numero 9.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in criminalibus,venire abnuentes, vel aliàs differentes,cogendi ſunt:& qui.*
2 *Via cogendi teſtes.*
3 *Etiam via extraordinaria,contra hos inceditur.*
4 *Lege Cornelia,an hic teſtis teneatur.*

REGVLA XLV.

1 Teſtes † in criminalibus venire, ac teſtimoniū ferre,illegitimè vel abnuentes,vel aſpernantes,& aut reorum minis,ſuaſionibúſve, alteriúſve potentis minis aut ſuaſionibus,latentes,mulctæ inditione, ac corruptionis criminis confeſsi, pœna & cogen
2 di,& teſtimonium ferre arctandi veniūt.† Id'que, & pignoribus captis, & perſonę, ſi apprehēdi poſſint,captura,& detentione,tantiſperdum & teſti
3 monium tulerint,& iuſtitiæ paritum dicatur:† ſolet autem contra hos , via & extraordinaria methodo incedi,contumaciæ pœnas & mulctas indendo:iuuant quæ ſuprà,reg.xij.in fin.de reo præſente,& reſpondere abnuente,dicta ſunt : guſtum huius

huius rei ſcripſit bellisſ. Bartol.in l.j.§.j.ff.de falſ.
4 †vbi hunc teſtem, contumacem in non parendo, lege Cornelia, de falſis teneri opinatur, & in eo murus aheneus eſt: in hac delitescit ſententia de iure Ciuili, quàuis de iure Canonico in contrariam pedibus, manibúſque eat ſententiam, Specul. tit. de teſt. verſi.: de teſtium compulſione. nume. 4. eo enim iure monẽdos teſtes, non cogendos: c. ex parte. in fin. extrà, de teſtib. ſed moniti non parentes, compelluntur: Lynceus tex. in c. ſuper his, cum ij. ſeq. de teſtib. extrà. & gl. mag. in verb. ſuper criminibus (hodie ius Ciuile floret) iuuat cap. ſi teſtes. verſic. l. Iulia publ. v. quæſt. iij.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis mendax, aut vacillans, torqueri & puniri poteſt: & nume. 10.*
2 *Teſtis tunc torquetur, quando veritas aliter haberi nequit.*
3 *In dignitate conſtituti, an torqueantur, vt Clerici: & qui non torqueantur, & nume. 4. & 9.*
5 *Mendax quis dicatur.*
6 *Teſtis veritatem celans, qua pœna plectatur.*
7 *Periurus fuſtibus cadendus.*
8 *Spontaneus teſtis quando torqueatur.*
11 *Si teſtis aliter in quæſtione deponit, quàm anteà, tortura ſtatur, & quando & quomodo.*
12 *Quid ſi à priori deflectat in repetitiõe, teſtimonio.*
13 *Qui & quando corrigere, augere, aut detrahere ſuæ teſtis depoſitioni, poſſit.*

14 *Quòd incontinenti teſti liceat.*
15 *Iudex quid conſiderare habeat circa hæc: & nu.16. putà, vacilla. trepid. coloris mut. quæ omnia literis conſignabuntur à Scriba: hæc enim falſi indicia ſunt: nume.17.*
18 *Quid ſi teſtis aliter dictum, quàm ſcriptum dicat: & nume.19.*
20 *Quid ſi Scriba ſuam eſſe ſcripturam abnuat.*
21 *In criminalibus clarior, quàm in ciuilibus probatio requiritur, quum in illis nec aliorum Iudicum relationibus ſtetur.*
22 *An Notario, vel teſti potius credatur, & quid iuris.*
23 *Quid iuris ſi Notarius ſibi relatum dicat ab abnegante.*
24 *Quid iuris ſi teſtis ſe immemorem dixerit.*
25 *Cauſa ciuilis ardua, criminali æquiparatur.*
26 *Teſtis varius, aut falſus, pœna punitur condigna.*
27 *Reus varius, torquetur.*

REGVLA XLVI.

1 TEſtis † mendax, aut vacillans, vel in cauſa ciuili, ſaltem ardua, nedum criminali, vt quæſtioni ſubmitti poteſt, ita conuictus puniri debet: melle ſuauior text. in l. ex libero. iuncta ibi gloſſ. j. ff. de quæſtion. & l. vnius. §. teſtes. eod. & l. nullum. iuncta gloſſ. j. & in verb. in ciuili. & gloſſ. vlt. C. de teſtib. & l. qui falſo. ff. eod. vbi gloſſ. vlt. Sybilinus text. cum gloſſ. in verb. derelinqui. in §. & licet dudum. verſic. ſi verò. in fin. in Authen. de teſtib. col. vij. & in l. eos. ff. ad

ad legem Cornel.de falſ.vbi eſt text.Phœniceus & aureus Albert.de Gandin.in ſuo malef.Tract.titu. de quæſtio.& tor.nume.8.& nume.12.vbi de nego
2 tiis ciuilibus & criminalibus arduis: † Id'que, ſi negotij veritas, aliter haberi nequeat: d.l.diuus Pius.ff.de queſtio.& indiciorum nanciſcandorum cauſa: Angel.in ſuo malef.Tract.in verb.quod fama publica.nume.49.de hac regula, ſcitè & latè
3 Bartol.Palladius in dicta l.ex libero. † vbi Clericorum in dignitate poſitorum, teſtimonium eximit, quos tamen falſi iugo ſubiugat: ex l.Presbyteri.la j.C.de Epiſc.& Cleric.vt & cæteros quoſcunque huiuſmodi teſtes, legis Corneliæ pœna puniri, itum eſt, maximè ſi aſtu deponant, & rei grauitas id præ ſe ferat: dictis text.& gloſſ.ſecùs, Iudicis motu puniuntur: dicta l.nullum. Verùm in dicta l.Presbyteri.non de clericali ſimpliciter, ſed de ſola presbyterali dignitate, verba fiunt: vnde Clerici, eo modulo trutinandi, quo laici, veniẽt, quicquid illius legis fimbrias Bartolus dilatet & extendat: iuuat ca.ſi res.xiiij. quæſt.vj. & quod Canon. tradunt in c.j.extrà, de poſ.& Abb.in c.cùm in cõtemplatione.extrà, de reg.Iur.& gloſſ.in l.fallaciter.§.quòd ſi ingenuorũ. C.de abolition.in verb. vexata.in gloſſ.vbi ingenui & Clerici torquẽtur: qui quæſtioni obnoxij non ſint, enodat d.de Gandi.d.tit. nume.8.& 9. vt eſt minor xiiij. decrepita ſenior, in dignitate conſtitutus, & ſimiles, & quando: ibid.nume.37.& nume.38.vbi de Aduocato, & quid conſuetudine feratur. Bartol. inſuper aliam
4 contexit diſtinctionem, quoad merè laicos: † vt di

gnitate, officióve ſeculari, & nobilitate præditi, ſola vacillationis de cauſa, tormentis ſufficiátur: d.l.nullum. Sed vt dicta l.nullum. huic rei pondus non addit, nec hoc probat, ita iura præalleg. indiſcriminatim vocem trahunt, & omnem minitantur teſtem: text. autem in d.§.teſtes.l. vnius. cùm de mendaci, tùm de vacillante ſeu variante, verba facit: quod videtur ex vi verbo mẽdacij ibi
5 poſito. † Etenim mendax dicitur, & qui falſum ait, & qui verum abdit, abſcondit, celátque: vt ibi, & in dicta l.Presbyteri.la j.iuncta ibi gloſſ. vlti. vnde ne quicquam & inquaſsùm viderentur anne xa ea verba, Veritatis gratia, &c. quò fit, vt legendum ibi crediderim, aut variationis gratia, &c.
6 Diximus autem, teſtem veritatem ardentem, in falſi crimen irrepere, pœnámque ſaltem ſtellionatus, ex ea taciturnitate, & latitatione, ferre: l.j. ff.ad legem Cornel.de fal. & ead.l.ff.ad legem Cornel.de ſycar. & ad id, quod partis ciuilis, aut Reipub.intereſt, teneri: arg.eorum, quæ not.per Cyn. in tit.de ſepulchro viol. & per Bald.in l.Presby-
7 teri.C.de Epiſ.& Cler. † Periurium inſuper, fuſtibus cædendum, videtur innuere text.in l.ſi duo.§.
8 vltimo.in fin.ff.de iureiur. † Tertium torquendi teſtem modum, addit ibi Bartol.ſi ſponte ad teſtimonium dicendum, teſtis ierit, ac erumperit: ex §. ſi verò ignoti. in Authen.de teſtib. col. vij. & ex can.illi, qui.v.quæſt.v.& ibi gl.mag.vlti. Sed illi text.hoc nõ tam crude velle videtur, verùm aliud appetunt, nempè, quòd ignoti, ſuo teſtimonio veritatem corrumpere feſtinent. Sola autem feſtinantia

nantia non ſufficeret ad tormenta: gloſſ.in verb.
9 feſtinantes.dicto §.ſi verò ignoti. † de his à tortura perſonis exemptis, latè & babylonicè Bonifac. de Vitell.ſuo in malef.Tract.titu.de quæſtion.vbi minores quatuordecim annis, decrepitę ætatis ho
10 mines, & ſimiles eximit. † Teſtem, vel nullis præcedentibus indiciis, omni iuſta cauſa (vt ſi hic vacillet, præſumatúrve veritatis ſciens, quam celat) torqueri poſſe mordicùs tenet Bald.in l. milites. nume.5.in fin.C.de quæſtion.& l.interrogari: iuncta ibi gloſſ.j.eod.& in l.iij.C.de adulter.vbi aliud
11 ſcitu dignum connectit, putà, † ſi teſtis vnum in teſtimonio dixerit, aliud verò tortus euomat, ſtandum tunc demùm ſecundo in tormentis dicto: Bartol.in l.eos, qui.nume.2.ff.de falſ.iuncta gloſſ. ij.in l.edictum.ff.de quæſtio. ſecùs ſi ſponte deflectat à primæua: tunc enim ſtandum priori, niſi
12 immediatè correctus dicatur: † idem ſi teſtis in repetitione ſua, deſciſcat à priore, & eã mutet: Lynceus text.cum gloſſ.in verb.infirmare.in cap.per tuas.extrà, de probatio.& l.generaliter.C.de non numerata pecu.facit c.cum in tua.extrà, de teſtib.
13 & atteſta. Quoad verò † teſtium & corruptiones, additiones, & augmentationes, & quandò eis ſit locus, ſi incontinenti, vel ex interuallo, an verò circunſtantiis ſit inhærendum, ad ſubornationis timorem & ſuſpicionem tollendam, aut pertimeſcendam, extat text.cum gloſſ.vlt.& ibi Abbas in cap.per tuas.de teſtib.& atteſta.extrà.tex.in c.præterea.vbi gloſ.vlt.extrà, de teſtib.cogen.vbi etiam Abb.Id'que nullo probato errore: Innocen.in c.

cùm

cùm dilecti.extrà,de accuſa.Authen.at qui ſemel. vbi gloſſ.in verb.productionem. C. de probatio.
14 vbi ſcrib. vt † incontinenti, teſti ſeſe corrigendi fas ſit,non ex interuallo, ſubornationis timore: pro hoc verbo,incontinenti, adduci ſolet l.con-
15 tinuus actus.de verb.oblig. † Conſiderabit autem Iudex,an probabilis correctionis cauſa, adſit & adducatur: aliàs enim,teſtis in vacillationem & ſuſpicionem irrepit:text.in l.in teſtibus. ff. de te-
16 ſtib.Bartol.in dicta l.eos,qui. ff.de falſ. † Quæ omnia,à Scriba Iudicis,literis conſignanda erunt: c.quoniam contra falſam.de probat.extrà.quinimò qualitatẽ vacillationis,vt & trepidationem,
17 & coloris mutationem,non omittet Scriba: † Iſta enim omnia falſi indicia creduntur, & ſimilia: Innocen.in dicto cap.quoniam contra falſam. & Bald.in l.Presbyteri.j.C.de Epiſc.& Cleric.& aliter Iudicis arbitrio relinquitur,falſitatis argumenta expiſcari:l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio. de his Angel.in ſuo malef.Tract.in verb.quod fama publica.verſi.nonò quæro.nume.105.vbi iſta, ad repetitionem torturæ, ſufficere creduntur.
18 † Quòd ſi teſtis aliter dictum,quàm ſcriptum dicat,ipſi potiùs,quàm ſoli Scribæ,ſtatur:quia titubationis morbo informationes laborant:l.j.§.fin. vbi gloſſ.vltima. ff.quemadmo.teſtam. aper.c.iij. cum gloſſ.in verb.Clerici.extrà, de Procur.& l.
19 theri.ff.de dot.præleg. † niſi alij teſtes adſint ſufficientes: gloſſ.vlt.in dicta l.j.§.vltimo. ff.quemadm.teſtam.aper. Aut ſcripturam,eius author fulciat,&,ei aliundè pondus addat:l.ſiquis Decurio.

in fi.

in fin.& ibi gloſſ.ad legem Cornel.de falſ.(vbi gl.
20 vlti.in fin.quærit,quid† ſi Scriba ſuam eſſe ſcriptu
ram,ierit inficias?& ſuſpectam reddi autumat: ex
dicta l.j.§.yltimo.ff.quemad.teſta.aper.) Pro hac
deciſione, eſt cautela Thom.Ferrat. cautel.xxxj.
circa fi.qui huic rei pondus addit authoritate Spe
cul.in titu.de teſt.§.j.verſic.ſed pone, ecce Iudex.
nume.48.& in tit.de inſtru.edition.§.reſtat. verſi.
ſed quid ſi vnus.nume.12. cum, vbi enumerat ca-
ſus,& nume.18.Idem voluit Socin.in ſuis Fallent.
21 reg.ccccxxj.† quod credit procedere in crimina-
libus(in quibus non vtimur mendicatis ſuffra-
giis, vt nec aliorum Iudicum relationibus ſolis,
ex l.ſinguli. C.de accuſatio.) non item in ciuili-
bus,quòd in illis clariſsima probatio expoſcatur:
trita l.ſciant.C.de proba.de ciuili vltra prædict.
tangit Guid.Pap.deciſ.dxl.& ſingul. dccij.& can.
22 ſi aut.ij.quæſt.viij.De hac re,† & cuius fides, teſtis
aut Notarij,præponderet, & an vter, & teſtis an
Notarius prior ſit torquendus, Bal.conſil.lv.vol.
j.Speculat.in dicto §.reſtat. neutri contra alium
credi,& neutrum puniri credidit:d.nume.12.in fi.
23 quem vide omninò:vbi additur,† quid ſi actorum
Notarius,ſibi ab executore relatum dicat, qui id
neget:de his omnibus ſcitè ſanè Bart.in l.in exer-
cendis.C.de fide inſtrum.Quòd ſi teſtis eò ſeſe ver
24 tat,† vt ſe immemorem dixerit,ſcripturæ tunc de-
mùm ſtandum creditur:l.cum precibus.C.de pro-
bat.Bartol.in d.l.in exercendis. nume.10. & gloſſ.
vlt.in d.l.j.§.fin.ff.quemad.teſta. aper. ex ratione
25 l.peregrè.ff.de acquir.poſſeſ.Quòd autem † cauſæ
crim

criminali, ciuilis ardua æquiparetur, tenet Bald.
in c.veniens.num.7.extrà, de teſtib.arg.l.propter
26 litem.verſic.niſi fortè.ff.de excuſat.tutor.† hic au-
tem teſtis, variè falſóve deponẽs, aut vtrique par-
ti teſtimonium prodens pœna condigna à Iudi-
ce, coram quo deponit, punietur: tex.in c.ſi teſtes.
§.qui falsò.iiij.quæſt.iij.& l.nullum.C.de teſtib.
& Authen.apud eloquẽtiſsimum.C.de fide inſtru.
de teſtis, inſtrumenti, aut Notarij falſitate, latus
eſt campus apud d.Bonifa.tit.de falſis.cum iiij.tit.
ſeq.& apud d.de Gand.tit.de falſariis. De reg.no-
ſtra, guſtum habes apud Hyppol.de Marſil.§.expe
27 dita.num.48.† Reus inſuper varius, torqueri poſ-
ſe fertur: Hyppol. eò loci.§.diligenter.nume.74.
Bart.ſcitè, nec in lente vnguentum, in l.de mino-
re.§.plurium.nume.4.ff.de quæſtion.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes mendaces, aut vacillãtes quo torqueantur, negotio interfuiſſe oportet.*
2 *Idem ſi de negotij principalis circunſtãtijs agatur.*
3 *Quando teſtis corruptus, & eum corrumpens, quæſtioni ſubijciatur.*

REGVLA XLVII.

1 Teſtes † mendaces, aut vacillantes, tũc demùm quæſtioni obnoxij leguntur, quum facto interfuiſſe dicuntur: hæc ſunt verba Iuriſc.Pauli in d.l.vnius.

§.teſt

§.teſtes.ff.de quæſtion.vbi gloſſ.in verb.quum facto,id eſt,negotio principali,de quo agitur: & gl. in l.Presbyteri.la j.in verb.præcipiunt.C.de Epiſco.& Cleric.Albert.de Gandin.in ſuo malef.Tracta.tit.de quæſtion.& torm.nume.8. Siue ipſimet dicant & fateantur ſe interfuiſſe, rem tamen negent:vt in d.gloſſ.proxim.alleg.ſiue alij teſtes, eos interfuiſſe affirment, & hi abnuant & negent ſe adfuiſſe: d.§.teſtes.iuncta ibi gloſſ.vbi Bartol.circa med.verſic.ſecundus ſi conuincitur,&c. Adde
2 tunc demùm † hunc teſtem varium,his quæ diximus ſubiici,ſi circa negotium principale,& ſubſtantialia,aut etiam circa negotij principalis circunſtantias,varij crimen in eum repſerit.ſed non ſic in aliis circunſtantiis creditur: Bartol.num.9. & ibi nota.& in lit.dict.in l.eos.ff.ad legem Cornel.de falſ.cum ſimilib.de omni falſi genere Albert.de Gandin.in eius malef.Tract.titu.de falſa-
3 riis: † De teſtibus corruptis,& eorum corruptoribus,& quî in vtrunque ad torturam, condemnationem,aut aliàs gradiri, ſit operæpretium, ſcitè & Sybilina doctrina Alciat.in fin.ij.libri prætermiſſo.vbi plurium allegat & adfert opiniones, & aurem mordaci lotus aceto, nec ad ſtiuam natus, rem hanc limatè expiſcatur,nec aurum in ſtercore (honos ſit auribus) quærit.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio tormentorum metu facta, non nocet.*
2 *Quid ſi Scriba dicat hunc ſponte confeſſum.*

Perſ

3 *Perſeuerantia neceſſaria.*

4 *Confeſſio voluntaria aut coacta, an & quando ſufficiat.*

5 *Unius criminis confeſſionis prætextu ad aliud non itur, niſi indicijs ſaltem extantibus.*

REGVLA XLVIII.

1 Confeſsio† delicti, nullis legitimis pręcedentibus indiciis, tormentorũ metu & terrore, & facta & extorta, vel miliès, quantumuis iudicialiter, rata habita, confitenti non præiudicat: mellita & Phœnicea gloſſ. in l. penul. & ibi Bartol. ſcitè. ff. de quęſtion. Angel. in l. j. C. de confeſ. Albert. de Gandin. in ſuo malef. Tract. tit. de quæſtion. & tormen. nume. 26. & Auguſt. apud Angel. in eius malef. Tract. in verb. quod fama. verſic. tu autem. nume. 105. Angel. in l. ij. vbi gloſſ. penult. C. quorum appell. non recipiant. Alexand. conſil. j. nume. 5. vol. iij. Angel. in l. qui in aliena. §. celſus. ff. de acquiren. hæred.

2 †vbi de Notario ſpontaneam rei confeſsionem ſcriptitante, Alexand. conſil. v. nume. 14. volum. j. & conſil. lij. nume. 2. vol. iij. Salic. in l. ij. col. fi. C. de cuſtod. reor. Roma. conſil. clxvij. Anto. Anna. conſil. xviij. col. penult. Hyppol. in conſil. viij. in cauſa magiſtri. col. iiij. ſing. text. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtion. & l. vnius. verſic. in ea cauſa. ff. eod. & dicta l. j. §. ſiquis vltrò. ff. eod. in arg. & §. in cauſa. verſi. quæſtioni eiuſdem legis: nam ſi vltrò confeſſus, nihil ex eo ſibi præiudicij parit, vt ibi: mul-

tò minùs tormentorum terrore, ad confeſsionem pulſus: Quàmuis Bald. in l. vnica. num. 8. C. de con
3 feſſ. & in l. ij. C. de cuſtod. reor. † huius perſeuerantiam morti præponderet; de huiuſmodi torturæ confeſsione plura Albert. de Gandin. ſuo in maleſ. Tract. titu. de quæſtion. & Angel. ſuo ſimili Tract. in verb. quod fama. verſic. poſtquàm aliquis. nu-
4 me. 110. cum ſequen. vbi Auguſt. & ibi † de confeſſione in tortura, & extrà facta, & quando ſola ſufficiat, & quando non, ſed iterùm repeti debeat. hinc vnum crimen in tormentis vel alibi, confeſſum, ſuper aliis indiciorum auxilio haud vallatis,
5 nec † ad quæſtionem, nec ad interrogatoria trahi. Idem de Gandin. d. tit. de quæſtio. nume. 19. his addantur quæ regula ſeq. contexuntur: & huic vltimo dicto quæ reg. xliij. dicta ſunt, nectantur.

SVMMARIVM.

1 *Vltrò crimen confeſſus, ſibi præiudicauit.*
2 *Intellige ſi aliunde vtcũque conſtet, nõ aliter: nu. 3.*
4 *Errore propoſito, & probato, ea confeſſio non nocet.*
5 *Fauore rei, confeſſio interpretationem patitur.*
6 *In dubio, tormẽtorũ metus nõ præſumitur, niſi, &c.*
7 *Omnia ſcribenda digna.*
8 *Confeſſionis criminis, plures qualitates & circunſtantiæ.*
9 *Tormentorum metus, quando adeſſe dicatur.*
10 *Extra tormentorum locum, metus, cibi ademptio, ac aëris priuatio, quid.*
11 *Sponte confeſſus, ineptitudinem non proponit.*

H REG

REGVLA XLIX.

VLtrò† crimen cõfeſſus, ſibi præiudica
uit, vt nec pœnitere poſſe credatur cõ
muniter: c. j. de accuſatio. in vj. Quod
2 †ſic accipias velim, ſi aliundè con-
ſtet: nec enim auditur perire feſtinans: trita l. nõ
tantùm. in fin. ff. de appella. gloſſ. mag. circa med.
ibi, Item in cauſa pecuniaria, &c. in l. vnica. C. de
3 confeſ. † Aliàs enim valere id genus confeſsio non
creditur: notatur apud Batol. in l. qui in carcerem.
ff. de eo, quod met. cauſ. & ibi Bal. in ij. editione. &
4 glo. Addę regulæ huic, †niſi errore & propoſito &
probato; tunc enim rei fauor palmam obtineret:
Sybilina Baldi doctrina & diſtinctio, in l. j. nu. 4.
C. de cuſtodia reor. & in l. vnica. nu. 16. C. de con-
feſſ. latè Albert. de Gand. in ſuo malefic. Tract. tit.
de quæſtion. & torment. num. 24. cum ſequen. vbi
de hac confeſsionis materia eo titulo latiſsimè. A-
5 lia additur huic regulę declaratio, niſi†, putà, in rei
fauorem poſſet ea confeſsio interpretationem ac
cipere, & pati: tunc enim rei fauor, interpretatio-
nem pateretur: cap. cùm dilecti. extrà, de accuſat.
Ita notat Bald. in d. l. vnica. num. 10. Iuuat has de-
clarationes tex. in dicta l. j. §. diuus Seuerus. & §. ſi
6 quis vltrò. ff. de quæſtio. † In dubio, tormẽtorum
metus non præſumitur niſi Iudicis minæ, aut tor-
mentorum adhibitio, aut præparatio, proponerẽ-
tur: Bald. in dicta l. vnica. num. 10. in fi. Chaſſan. in
Conſuetud. Burg. titu. *des iuſtices*. §. v. verſicul. *s'il n'agrace*. nu. 40. & 41. Socin. reg. lxx. in ſuis Fallen

tiis

7 tiis.†Sed ſapienter fecerit Iudex,ſi nihil ſcriptura
8 dignũ omiſerit.†De hac regula & præced.& tam de ſpõtanea, quã extorta cõfeſsione, perſeuerata vel non,naturæ conueniente vel nõ,poſsibili vel non,de ſe vel de alio facta,latus eſt campus apud Bonifa.de Vitell.in eius maleſi.Tract.titu.quæ indicia.de,pręced.tort.à nu.9.cum tit ſequen.& nu. 16.cũ tribus tit.ſequen.vbi latè de hac omni materia,déque perſeuerantia,& de omnis generis confeſsione.ad quem recurras.Iis addatur Albert.de Gandi.in ſuo malefic.Tract.tit.de quæſtio.& tor-
9 ment.nu.15.cum ſequen.nu.27.28.& 29.vbi† quãdo tormentorum metus adeſſe dicatur.& numer.
10 30.31.32.†vbi quid ſi extra tormentorum locum, & de minis Iudicis,& ob cibi ac aëris priuationẽ, confeſsio facta dicatur.tetigi ſuprà,regu.xliiij.nu.
11 9.Adde † confeſſum vltrò,proceſſus ineptitudinẽ non proponere,vt nec libelli:Hyppolitus de Marſil.eius in Pract.§.conſtante.nu.35.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio,ſtantibus indiciis non reuocatur:niſi, &c.*
2 *Cauſa reuocationis,& exprimenda & probanda.*
3 *In tormentis confeſſus,& extra perſeueratus,nõ auditur pœnitentia ductus.*
4 *Perſeuerantia opus eſt ad condemnationem.*
5 *In tortura confeſſus,extrà non perſeuerans iterùm torquendus,& quando.*
6 *Tortura purgat indicia.*
7 *Hic error,ad ſententiam vſque,proponi & proba-*

ri poteſt.& nu.9.

8 *Error duplex,& de quo hic.*

9 *Hodie ad ſententiam vſque,error admittitur.*

REGVLA L.

1 Confeſsio † delicti,legitimis ſtantibus indiciis facta,reuocari nequit, nec reuocatio reo prodeſt,niſi probato contrario, vel indicia in cōtrariū extent: notat phœniceè Roſcius ille in Iure Bal.in l.vlti. num.2.vbi pulchrè notat And. Barbat.colum.ij. C.de probationib.Ang.Aret.in ſuo malefic.Tracta.in verb.comparuerunt dicti inquiſiti.nu.9.& in verb.qui Iudex dictis.nu.1.in fi.ex l.error.C.de
2 iuris & facti ignorantia.† vbi cauſam reuocationis,& exprimendam & probandam autumat. Idē in verb.quod famæ.verſic.poſtquàm aliquis.num. 110.cum ſeq.vbi Auguſt.gloſſ.penul.in l.ij.vbi eſt
3 tex.in fi.C.quorum appel.non recip.Vbi† in tormentis confeſſus, extrà ſemel perſeuerans,pœnitere nequit:Bald.in l.bonæfidei.num.5.C.de reb.credi.& iureiur.de hac confeſsionis,& ipſius reuocationis materia,ſcitè & ad vnguem Bald.in l.ij.C. de cuſtodia reor.quem omninò videat,qui hanc materiam nō primis,vt aiūt, labris degustare,ſed medulitùs expiſcari optabit; belliſsimè & cū doctrina,idem Bald.in l.vnica.num.8.cum ſequent.
4 C.de confeſſ.ſed in hac regula,& præceden.† perſeuerātia expoſtulat,vt inde ſequi cōdēnatio poſſit.gloſſ.in l.j.C.de confeſ.& l.ſiquis in hoc genus.

C.de

C.de Epiſcop.& Cleri.Bart.in l.vnius.in fi.princ.
5 num.3.† in tortura confeſſum,extra tormētorum locum non perſeuerantem,ſi vehementia adſint indicia, quibus ad torturam itum ſit,iterū quæſtioni ſubiugandum ait,quò ea confeſsionis vis & probatio,alia tortura euaneſcat,eneruetur, & extinguatur, non item ſi parùm vrgentia præcedēbant indicia:Auguſt.apud Ang.in eius maleſi.Tra ćta.in d.verb.comparuerunt.nu.9.per totum.vbi
6 ſcitè.†Et hac ſecunda tortura,purgari cōfeſsionis indicium & vim,itum eſt,vt & alia & præcedētia indicia,per priorem creduntur torturam:Bartol. in l.fi.ff.de quæſtionib.& gloſſ.in l.ij.C.de cuſtod. reorum.& Bald.in d.l.in bonęfidei.de hac erroris poſt confeſsionem, deductione, guttulam ſatam nobis reliquit Bonifa.de Vitel.in eius maleſi.Tra ćta.tit.quæ indicia debeāt pręced.tortur.à numer. 15.(& ibi coadunantur plura Alexandr.conſilia)
7 qui in ea velut ad ſaxū,hæret ſententia,†vt ad ſententiā vſque,error hic & proponi & probari poſſit,maximè ſi in contrarium de veritate non ſatis conſtet.Idem voluit d.Alber.de Gandi.in ſuo ma-
8 leſi.Tract.tit.de quæſtio.& torm.nu.24.† vbi errorem facti à iuris errore ſegregat,quòd hæc confeſsio contra Barto.nihil operetur,tenet idem de
9 Gandi.eò loci.nu.25.crediderim † ad ſententiam vſque,hac in Sabaudia proponi & probari poſſe, vi ſtili ſupre.Senat.art.clxxxj.quia facti iuſtificatiui nomine ſepitur.de cuius facti neruis & viribus, alibi ſenimus & deguſtauimus, & maximè regu.xxij.& regu.xxiij.

SVMMARIVM.

1 *Reus poteſt ſuam declarare confeſſionem.*
2 *Reus ſuam non poteſt perimere confeſſionem.*

REGVLA LI.

1 Confeſsio † criminoſi, poteſt declarari
2 & exponi, † ſed non perimi: text. eſt Phœniceus in c. cum dilecti. verſicu. mãdamus. ibi, Vos excuſationes ſuas, &c. extrà, de accuſatio. ſingulariter Bald. in l. ij. in fin. C. de cuſtod. reor. vbi phœniceè & velut quidam Palladius.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in tormentis facta, in quauis inſtantia, reuocari poteſt.*
Item in alio loco, & tempore diuerſo, perſeuerata, vt valeat neceſſe eſt.
2 *Nominatim debet perſeuerare.*
3 *Cõfeſſio perſeuerata nocet, ſi alia adſint probationes.*
4 *Tacita perſeuerantia an ſufficiat.*
5 *Appellatio reuocat confeſſionem.*
6 *Confeſſio nõ plenè, ſed ſemiplenè probat, & nu. 7. & 8.*
7 *Confeſſio infamat.*
9 *Confeſſio poſt diem & noctem, debet continuari: & hac eſt conſuetudo: nume. 10.*
11 *Confeſſioni legitimè factæ, vel tacitè continuatæ, ad condemnationem vſque, ſtatur: tormentorum*

verò

verò metu, quando.

REGVLA LII.

1 Onfeſsioni † in tormentis factæ, ſi iſi ea reus diuerſo & tempore & loco, perſeueret, ſtatur, non aliàs, ſed eam, tam in prima, quàm ſecunda inſtantia, reuocandi ipſi fas eſt: de priori huius regulæ membro, præcedentibus diximus & enucleauimus regulis, quarum vim hæc patietur: de ſecundo capite, ſcitè tetigit Bartol. in l. ij. C. quorum appella. non recip. de priori capite, idem Bartol. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. quod Baldo in l. ij. nume. 3. C. de cuſtod. & exhib. reor. ita demùm
2 arridet, † ſi nominatim & expreſſè apud acta, aut ſaltem coram Iudice & Scriba repetitus, extra tamen tormentorum locum, perſeueret: Albert. de Gandin. in eius malef. Tract. tit. de quæſtio. & tor.
3 nume. 32. Addo, † hæc veritate nixa videri, ſi quæ probationes, aut indicia conformia legantur, ne inſons perire feſtinans, ac volens, condamnetur, aut crucietur: ex text. d. §. diuus Seuerus. & l. non tantùm. in fin. ff. de appellatio. Idem tamen Bald.
4 (velut quidam Prothæus) † tacitam ratificationem ſuppetere, ac ſufficere, in l. vnica. nume. 8. C.
5 de confeſſ. autumat. Quàmuis † ſola appellatione,
6 reuocari confeſsionem, velle videatur. † hanc confeſsionem nõ hæſam nec perſeueratam, haud probare in reum, vel Orbilio plagoſiorem credidit
7 Guid. Pap. deciſ. cccxxxix. & ſingul. lxxiij. vbi † de

 conf

confeſsione,& ipſius infamia, plura ſcitu digniſ-
8 ſima: † Sed intellige,plenè quidem non,ſed ſemiplenè probare: Thom.Ferrat.cautel.v.Guid.Pap. d.ſing.lxxiij.verſic. confeſsio facta in tormentis.
9 Verùm † confeſsionem hãc,poſt diem & noctem, vt in regula,cõtinuatam ſufficere,fulciri videtur text.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reor.& l.j.§.quæſtio.& §.ſiquis vltrò.ff.de quæſtio.Cyn.in dicta l.
10 ſiquis in eã.C.de cuſtod.reor.Bart.†hanc eſſe conſuetudinem ait in l.j.nume.5.ff.de cuſtod.reor.cui nectatur in Gallia,regia Ord.ſub tub.*des questiõs & tortu.*artic.ij.in fin.verbi.craſtina die torturæ, & alio in loco,reus iterùm audiendus,ad perſeuerantiam fertur:quo iure ferè hodie vtimur de dilatione intermedia,guttulam ſenit Alber.de Gan-
11 din.d.tit.nume.35.hîc addatur,quòd † confeſsioni legitimè factæ,ſola vel tacita voluntate, perſeueratæ,non reuocando,putà,ita ſtatur,vt indè condemnatio ſequi poſsit:quod ſi tormentorum metu,fuerit reus confeſſus,expreſſa & repetitione & ratificatione,nullis ſtantibus in eum probationibus,opus eſſe creditur:Sybilina Bald.doctrina in l.ij.nume.3.C.de cuſtod.reorum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſpontanea, an & quando valeat.*
2 *An vnica iudicialis ſufficiat.*
3 *An bina requiratur,vt hodie:nume.4.*
5 *Spontanea non nocet,niſi congruat indicijs.*
6 *Confeſſus crimen,quî cuſtodiendus veniat.*

Conf

7 *Confeſſio ſpontanea, quot, & quibus caſibus non officiat.*

REGVLA LIII.

1 Confeſsioni † ſpontaneæ, cui reus pede fixo, velut ad ſaxum hæret, ſtatur, niſi eam errore propoſito, & probato, reuocarit, vel pro reuocationis vi, extét indicia: Bart. in d. l. j. §. diuus Seuerus. & §. quæſtioni. & §. ſiquis vltrò. ff. de quæſtionib. & Bald. in d. l. ij. nu. 3. & 4. C. de cuſtod. reorum. Guido Pap. de-
2 ciſ. cccxxxix. & ſing. lxxiij. Nonnulli tamen † vnicam in iudicio factam, confeſsionem ſufficere arbitrantur: pelluntur hi tex. in l. qui ſententiam. C.
3 de pœnis. † Non deſunt qui binã expoſtulent: glo. in l. j ff. de cuſtod. reorum. ex l. ſiquis in ea. iuncta
4 gloſſ. C. eod. & Bartol. † hanc eſſe conſuetudinem refert in l. j. num. 5. ff. de cuſtod. reor. Hanc autem
5 regulã procedere crediderim, † ſi aliquibus ſaltẽ indiciis & præſumptionibus cõgruentibus, & nitatur, & iuuetur: dictis §§. diuus Seuerus. quæſtioni ſi quis vltrò: ex ratione: l. non tantùm. in fin. ff. de appellationi. quod non audiatur perire feſtinans: quod & humanitatem habet. In hanc opinionem pedibus manibúſque iiſſe videtur Chaſſan. in Cõſuetudi. Burgund. titu. *des iuſtices*. §. v. verſicul. *s'il n'a grace*. num. 40. & 41. & Socin. regu. lxx. in ſuis
6 Fallent. Sunt qui eò recurrant, vt dicant † confeſſum iudicialiter crimen, modo quo ſuprà dictum eſt, ſi relegationis pomæria crimen excedat, carbe

nis vinciendum & irretiendum, nedum in carcerem detrudendum venire: l. ſi confeſſus. de cuſtod. reorum. l. diuus. la j. ff. eod. & Bald. in rubr. ff. & C. de in ius vocando. Si in relegatione minor infligenda credatur pœna, vt carcere quidem includatur, ſed cathenis non intricetur: Barto. in l. j. ff. de cuſt.
7 reorum. & arg. d. l. diuus. † Quot autem & quibus caſibus, ſpontanea confeſsio non obſit, Hyppol. de Marſil. eius in Prac. §. poſtquàm. nu. 6. & aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Extraiudicialis confeſſio, & ad torturam ſufficiẽs, & facere ſemiplenam probationem, creditur.*
2 *Si, putà, non fuerit reuocata.*
3 *Conſilium Iaſonis damnandum.*
4 *Extraiudicialis confeſſio, ad condemnationem non ſufficit: niſi geminata, & nu. 5.*
6 *Extra iudicium confeſſus, perſeuerare cogitur, vel mulier, & quando, & nume. 7.*
8 *Idem in confeſſo coram Iudice incompetenti.*
9 *Confeſſio extraiudicialis in tormentis perſeuerata, ad condemnationem ſufficit.*
10 *Confeſſio coram incompetenti Iudice facta, iudiciũ ad torturam ſufficiens præſtat.*
11 *Ea tamen ad condemnationem non ſufficit.*

REGVLA LIIII.

1 Confeſsio † extraiudicialis, vt ſemiplenam probationem facere, ita ad quæſtionem ſufficiens, crebriùs creditur: Palladius
2
ille

ille Bald.in l.vnica.nume.8.in fin.& nume.9.C. de confeſſ.Phœnicea gloſ.in l.capite quinto.gloſ. vltim.vbi ſcitè.ff.ad legem Iul.de adulter. Panor. in cap.de hoc.nume.7.vbi addit. verſic.ad imponendum terrorem.extrà,de ſymo.& in c.quàm ſit graue.num.21.vbi additur in verb.torturæ. extrà, de exceſsib.Prelator.Guilielmus de Cun.in addit. in l.ſiquis in hoc genus.nume.1.verſic. ſuæ confeſsioni.C.de Epiſc.& Cler.Bald.in l.milites.nume. 2.C.de quæſtion. Guid.Pap.deciſ.cxx. Angel. eius in malef.Tract.in verb.comparuerunt dicti. nu-
2 me.4.Quod nonnulli eò coarctant, vt † ad Stoicorum ferè dumeta conſtringant, in eum, putà, quo non reuocaretur caſum:Thom.Ferrat.cautel. xxvij.Bald.vbi ſuprà, nume.45.refert & ſequitur Panormit.in c.olim.le ij.vbi nota.in apoſtil. in verb.ſubiicit torturæ.numè.9. & ibi Felyn.col.ij. verſic ſecundo,niſi reuocet,&c.extrà, de reſcript. Iaſon in l.Magiſtratus. verſic. ſecundò ſingulariter limita,&c.nume.4.& 6.de iuriſdict.omn.Iud.
3 vbi † (præter Chriſtiani munus) Aduocatum docet,quò reum amicum,confeſsionem hanc reuocare,ad quæſtionem enatandam & euadendam, illectat:ſed alibi diximus id genus conſilium dantem,furca ſuſpēdendum,& exanimādum. Quoad
4 autem † condemnationem, ea confeſsio inſufficiens credita eſt,nec ſatis ponderis addere:Barto.
5 in l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reor.† niſi ſororinam nacta eſſet,& geminata diceretur,maximè in ciuilibus:Iaſ.in l.ſed etſi.§.ſi cum de hæreditate. nu.7.
6 ff.de iureiur. † Cogendum autem, extra iudicium

crimen

crimen confeſſum, vel mulierem, perſeuerare, credidit Bald. in l. clarum. num. 4. C. de autho. præſt.
7 præcipuè † ſi ea veriſimilis videatur, non aliàs: idem credidit eò loci nume. 4. idem Bald. in cri-
8 men confeſſo † coram incompetenti Iudice, putà, vt coram competenti & Iudice ordinario, perſeuerare is confeſſus habeat neceſſe, & cogi queat, maximè ſi ex ea confeſsione, ſiniſtra ſuſpitio, aut infamia fluxerit & orta dicatur: non aliàs: his pondus addit Guid. Pap. deciſ. ccij. nume. 7. Iaſon tamen in d. l. Magiſtratibus. nume. 4. de iuriſd. omn.
9 Iud. † confeſsionē extraiuditialem, in tormentis perſeueratam, ad condemnationem ſufficere, ſine aliqua alia ratificatione, credidit. Quòd autem
10 † confeſsio criminis, vel coram incompetenti Iudice facta, ſufficiens ad quæſtionem indicium præbeat, notat Iaſ. in d. l. Magiſtratibus. nume. 31. & 4.
11 vbi Paulus de Caſt. nume. 5. Quoad verò † condemnationem non videtur, ob proceſſus debilitatem & ineptitudinem: Guid. Pap. deciſ. ccxvj. nume. 3. & ſing. lxxiij. De hac reg. videndus Hyppol. de Marſil. §. diligenter. nume. 76. & §. quoniam. nume. 19. in eius Pract. & d. §. diligenter. num. 77. vbi de minoris confeſsione, & nume. 78. vbi non ad condemnationem, ſed torturam ſufficit, ſcilicet, non reuocata: ibid. nume. 79.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio rei, in carcere facta valet, & quando.*
2 *Carcer nec pœnam, nec metum adfert.*

Cur

3 *Cur rei detineantur.*
4 *In criminalibus, metus ex carcere non præſumitur.*
5 *In ciuilibus cauſis, ſecus.*

REGVLA LV.

1 Confeſsio † rei, in carcere facta, viribus ſubſiſtit: Bal. in l. vnic. nu. 13. C. de confeſſ. dummodò ſine tormentis id fiat, nec eorum metu facta videatur.
2 † Nam ſolus carcer, vt pœnam non adfert, ita nec metum: gloſſ. cum tex. in c. ſi Clerico. de ſententia
3 excommunica. in ſexto. † Etenim non eò detinentur rei criminis, quò interim carcere crucientur, ſed cuſtodiæ cauſa, & ne illuſoria tandem aliquando emergant indicia, includuntur: l. ij. ff. de cuſtod. reorum. cum ſimilib. In hac regulæ ſententia deliteſcit Bald. in l. ſiquis in hoc. numer. 3. & 4.
4 C. de Epiſco. & Cleric. vbi † metus ex carcere non præſumitur, quum Iudex carcerem iuris authorita
5 te indat, & habeat: † quàuis in ciuilibus, pro carceris metu, in præſumptionem crebriùs eatur: Bal. in l. falſus. numer. 31. C. de furt. & ſer. corrupto.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes vtiles quidem, ſed non neceſſarij, in rei confeſſione.*
2 *Actus vel ſine teſtibus ſtatur.*
3 *Vtilitas teſtium præſentia, reo confeſſionem abnuente.*

REG

REGVLA LVI.

1 Confeſsioni † rei, teſtium præſentia nõ neceſſaria, verùm vtilis creditur, & è
2 re adhibebitur, duorum putà: † Actis enim ſine teſte, ſtatur: facit in argum. tex. cum ipſius ratione, in l. in donationibus. C. de
3 donationib. iuuat l. vbi numerus. ff. de teſtibus. † E re autem erit, & proficiet, quò maior fides & pondus primi Iudicis actis indatur, & ne de facili reus confitens à primæua (vt nonnunquàm euenit) cõfeſsione & reſponſione deflectat & deſciſcat, ſi ſe confeſſum abnueret.

SVMMARIVM.

1 *Contractus carcerati, an & quando ſuſtineatur, ſiue cum intrudente, ſiue cum alio: & num. 2. & 7.*
3 *Etiam ad condemnationem confeſſi debiti ciuilis, itur, & latè nu. 4.*
5 *Confeſſio in cauſa ciuili facta, in criminali eſt maximi ponderis.*
6 *Confeſſio inter eaſdem perſonas, in vno facta iudicio, nocet in alio, niſi contra eam iudicatũ dicatur.*

REGVLA LVII.

1 Confeſsio † debiti, aliúſve carcerati cõtractus, aut vltima voluntas, ſi modò ritè & rectè is incluſus dicatur, ac alij actus in carcere facti & initi, irretiti libert

bertatem & vtilitatem inſpectantes,cõmuni calculo
2 ſuſtineri creduntur.† idque vel ſi cum intrudente
hedum alio tertio, aut concarcerato fiant, verum videtur:iuxta trad.per Bartol.Bald.& alios in l.qui in carcerem.ff.de eo,quod metus cauſ.Angel.eius in malef.Tract.in verbo,qui Iudex dictũ. verſic.an autem.nume.15.non eſt alienus text.in l. metum.§.ſed licet.de eo,quod metus cauſa.& in l.
3 qui à latronibus.ff.de teſtamen.Et ita † vt ad condemnationem debiti ciuilis,ſufficiens credatur:l. vnic.C.de confeſ.l.j.ff.eodem. c. cùm ſuper.extrà,
4 eod:ſingu.gloſſ.in c.vlti.eod.vbi † quæ & quando id genus cõfeſsio obſit,ſiue ea iudicialis,ſiue extraiudicialis dicatur:gloſ.etiam magn.in l.j.in princip.& circa medium.C.de confeſſ.vbi Babylonio
5 campo,& ſcitè.Adde † confeſsionem in ciuili cauſa factam,in criminali maximi ponderis, ſi ea ſit partis,non Procuratoris:Auguſt.apud Ange.eius in malefi.Tract.in verb.& ad querelam.nume.87, Confeſsio inſuper inter eaſdem perſonas, in vno
6 facta iudicio,† in alio ita demùm officit iudicio, niſi contra illam primi iudicij confeſsionem , iudicatum dicatur.Idem Auguſt.eò loci.numer.88.
7 †An & quãdo carceratus contrahere queat,erigit regulam negatiuam,cum limitationibus affirmatiuis,Hyppol.de Marſil.eius in Practi.§. attinguã. num.22.cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25.aduerſus delicti cõfeſſionem reſtituitur:* &

& quando.

2 *Minor ſola confeſſione læſus præſumitur.*

3 *In criminalibus minores indigent tutore aa curatore.*

4 *Regula noſtra quãdo procedat, dolo aut culpa, &c.*

5 *An in delictis omiſſione, vel factione, &c.*

6 *Quæ minorum ſcelera puniantur: reg. ſequen.*

REGVLA LVIII.

1 MInor † vigintiquinque aduerſus criminis, de quo minùs legitimæ extabant probationes, confeſsionem, vel nullo errore propoſito, reſtitui poteſt: Phœniceum & Sybilinum Angeli dictum in l. certum. §. in pupillo. ff. de cõfeſſ. vbi eſt aureus textus. Extat etiam tex. cum gloſſ. j. in c. ij. de in integrum reſtitu. in vj. ſequitur pedetentim Alexand. in l. nam poſteaquàm. §. ſi minor. col. penul. de iureiuran. &
2 in conſil. cxvj. cum inquiſitione. volumi. ij. † Etenim eo ſolo, quòd confeſſus crimen haud legitimè probatum legitur, in eum læſio irrepſiſſe & ſerpſiſſe conuincitur: vnde reſtitui, præcipuè confeſsione ſine curatore data, poteſt: Matth. de Affli. decisio. ccviij. l. clarum. C. de author. pręſtand. vbi
3 † in criminalibus, minoribus, tutoris authoritas adſit, neceſſe eſt: ſaltẽ modo quo regula ſeq. diceturu. Ita tamen vt minores ipſi reſpondeant, tutores
4 verò aut curatores, eis adſint: d. l. clarum. † Hæc denique procedere creduntur, ſi culpa, non ſi dolo, crimẽ in minorẽ irrepſiſſe dicatur: l. j. C. ſi aduer. delict.

5 delic.reſtit.poſtu.†Alij in delictis,omiſsione,non factione (vt ſic dicam) perpetratis, reſtitutionem concedendam autumant.De his ſcitè quaſi Sybilli na doctrina,ac Babylonio campo , nec aureo hamo piſcatur,gloſſ.in verb.non ſubuenietur : & in verb.ei ſubuenietur:in l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum. ff.de minorib.xxv. ann. latus campus apud Angel.in ſuo malef.Tract.in verb.comparuerunt dicti. verſi.necnon ſis bene. nume.7. cum ſequen. maximè nume.10. & in verb. ſcienter & doloſè. nume.12.vbi de puerorum & minorum delictis,
6 †& quæ horum delicta puniantur:ſcitè etiam hoc puniendi genus, diſtinctionum coloribus depingit,& inſectatur Albert.de Gandin.in eius malef. Tract.tit.de pœnis reorum.nume.30. & ſanè non in lente ille vnguentum, vt nec gemmam inſerit plumbo,ſed aurē mordaci lotus aceto, rem ipſam ad limam deducit.de pœna minoris xxv.annis:l. ſiquis.C. ad legem Cornel.de ſycar.& l.impunitas.C.de pœnis.de confeſsione minoris extraiudiciali:Hyppol.de Marſil.eius in Pract. §. diligenter.numero 77.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus,minor tutorem aut curatorem deſiderat.*

2 *Id quando procedat,& in quibus iudicijs.*

3 *Minori in atrocioribus deſtituto, curator ad lites datur:& nume.6.*

4 *In atrocioribus minor doli capax, perſonaliter reſpond*

I

ſpondet.

5 *Id'que ſine Patroni aut Procuratoris, vt maior, auxilio.*

6 *Minoris tam in tortura, quàm extrà, cõfeſſio, quid: & numero* 11.

7 *Minores quî & quando puniantur: regu. præceden. numero 6.*

8 *Minor omniũ deliƈtorũ, carnis dempto, capax eſt.*

9 *Minor cùm omittendo, tùm agendo peccat.*

10 *Minor an poſſit eſſe in iudicio ſine tutoris aut curatoris, ſaltem ad lites, authoritate.*

11 *Confeſſio minoris, quando ſit nulla.*

REGVLA LIX.

1 IN†criminalibus,vt nec in ciuilibus, pupillus ſine tutore,vt pubes ſine curatore, nec agit nec defendit: Phœniceus text.in l.clarum.vbi Bald.maximè nume.3.verſic.item licet.(vbi reſpondet §. ad crimen.l.penult.ff.de public.iud.) C.de autho. præſtand.& l.cùm & minores.C.ſi aduerſus rem iud.& l.ij.C.qui legit.ſtandi in iud.perſo.hab.vel non:Secùs iudicium minitari ruinam item eſt: gloſſ.vltima.in diƈta l.clarum.Salic.in l.ij.C.qui accuſ.non poſſ.l.propter.C.ad legem Iul.de adulter.& in rubr.C.de in lit.dand.tuto.vel curat. Albert.de Gandin.in ſuo malef.Tract.titu.de homi-
2 cid.& eorum pœnis.nume.17.hoc ita,†ſi ciuiliter & iure ordinario,non ſi extraordinariè, maximè in capitalibus & atrocioribus ſceleribus incedatur

tur: Cyn.in eo murus aheneus eſt in d.l.clarum.
3 iuuat l.vlti.ff.de priui.delict.† Et hoc caſu, tutorem, aut curatorem non habenti, detur ſaltem cu-
4 rator ad lites: d.l.propter.& Salic.in dicta l.ij.† In atrocioribus autem & extraordinariis criminibus, minor doli capax, perſonaliter reſpōdet, ſine alicuius auxilio, aut conſilio: l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.ff.de minorib.iuuat l.j.C.ſi aduerſ.delict.l.auxilium.§.in delictis.ibi, Sed vt ad legis ff. de minorib.iuncta ibi gloſſ.in verb.fateatur.gloſ. in c.j.extrà, de delict.puero.& c.paruuli. diſtinct. iiij.Bal.in Authen.ſacramenta puerorum. C.ſi ad-
5 uerſ.vend.& ita † vt ne quidem Procuratore, aut Aduocato, vt nec maior vtatur: trit.l.penult.§.vlti.ff.de public.iud.ſcitè & latè Angel.eius in maleſ.Tract.in verb.comparuerunt dicti. verſi. necnon.nume.7.cum aliis, per tot: vbi de curatore mi-
6 nori ſaltem ad lites dando, † & de minoris tam in tortura, quàm extrà, confeſsione, & ibi plura Auguſt.cumulat, pluriúmque longè latéque diſcrepantes ſententias & opiniones recenſet: idem An-
7 gel.in verb.ſcienter & doloſè.nume.6.vbi † quî &
8 quando minores puniātur.† Eſt autem minor doli capax, omnium delictorum, carnis ſcelere dempto, compos: gloſſ.in d.l.clarum.in verb. concedunt.& l.pupillum.ff.de reg.Iur.Infans autem doli capax non eſt: §.in ſumma.Inſtitut.de obligat. quæ ex delict.naſc.Capitis inſuper ſupplicio, vel impubes plectitur: l.excipiuntur.ff.ad Senatuſc.
9 Syllan.& ibi gloſſ.& l.ſi adrogati.ff.de tutel.† peccare enim poſſunt tùm agendo, cùm omittendo:

ſcrib.in d.c.j.de delict.puero.Angel,eius in malef. Tract.in verb.ſcienter & doloſè.nume.12. vbi Au
10 guſt.Quò fit † vt infantes rei delati,in iudicio ſine tutoris,aut eo deficiente,curatoris ſaltem ad li
11 tes,authoritate eſſe nequeant: d.l.clarum. † aliàs fertur minoris confeſsio nulla:Bald.in d.Authen. ſacramenta puberum.de huius reg.materia, latus & quaſi Babylonius campus, apud Angel. eò loci in verb.comparuerunt dicti.verſicu.necnon.nume.7.tetigit Auguſt.in eo Tract.in verb.qui domi nus.verſic.tu autem.nume.3.hanc regulam & eius declarationes,iuuant quæ regula ſequenti dicuntur,maximè nume.2.& 4.de hac regula guttulam ſenit Hyppol.de Marſil.eius in Practi.§.nunc videndum.nume.31.& nume.32.& 33.vbi cauſæ cognitionem præſtandæ authoritatis, expoſtulat,dilatione intermedia.

SVMMARIVM.

1 *In priuatis delictis,patris authoritas neceſſaria creditur,ſed non in publicis,& num.3.*

2 *In publicis criminibus,filiofamiliàs minori, curator ad lites datur.*

4 *Indiſcriminatim filiusfa.reus delatus defendit.*

5 *Hodie quid,*

REGVLA LX.

1 IN †criminibus,in priuatis quidem,ſed non in publicis,patris authoritas & cõ
2 ſenſus expoſcẽdus venit, quàmuis † his curator ad litem detur,vt pluribus videtur

detur, ſi ſit filiusfamiliàs reus, minor xxv. annis. hanc refert cõmunem Alber.de Gand.eius in maleſi.Tract.tit.de aliquibus quæſtio.numer.12.cum ſeq.& tit.qui accuſ.poſ.rubri.de filioſa.numer.32.
3 † Patris conſenſum & authoritatem in his poſtponi,conuincit l.inter.§.penulti.& l. filiusfamiliàs. ff.de adulte.& glo.in dicto §.penult.vbi accuſa.& l.noxali.& l.etſi condemnatus.ff.de noxal.action. Lynceus & oculatiſ.tex.in §.vltimo.in vltimis ver
4 bis.Inſtitu.eod.† vbi indiſcriminatim filiusfamil. pro delicto,ſiue publico,ſiue priuato(quòd Deli-
5 cti verbum ſit generale)conueniri poteſt.† Quo iure hodie vtimur,maximè ſi extraordinariè, & non ciuiliter incedatur.De hac regula babylonicè Hyppol.de Marſil.eius in Practic.§.expedita.à nu.72.& §.ſequens quæſtio.nu.53.

SVMMARIVM.

1 *In merè pœnalibus,nec ſupplet: nec deciſi. defertur iuramentum,& quando:& nu.2.& 13.*
2 *In cauſam attingentibus poteſt.*
3 *Accuſator reo non defert,ſed reus actori ſic: & numero 4.*
5 *Iudex quando,& an deferat ex Bartolo.*
6 *Innocentia rei fauorabilis.*
7 *Reus quando infamiam non patiatur iurando.*
8 *Iuramentum à pacto differt.*
9 *Periurus reus condemnatus infamis.*
10 *Ex gloſſ.volunta.& iudic:ſed non neceſſa.in probationis defectum defertur.*

11 *Ex Odofredo voluntarium ſolum defertur.*
12 *Ex Azone indiſtinctè omne defertur.*
13 *Nota pulchrè quando non deferatur iuramentum, etiam in ciuilibus, nedum in criminalibus.*
14 *Quid ſi crimina ciuiliter intententur.*

REGVLA LXI.

1 IN † merè criminalibus, ſeu pœnalibus, nec ſuppletiuum, nec litis deciſiuum defertur iuramentum: Alexand. conſil. lxvj. viſo proceſſu. colum. j. vol. j. tradunt Barto. & Hyppol. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionib. & maximè in l. maritus. nume. 4. eo. tit. & in ſingu. lxiij. incip. memoria te-
2 neo. Quod quidam ita enodant, vt † principalis negotij nidum & mœnia id non excedat, nec ad cauſam attingentia, extendat alas, protendatúrque: not. apud Barto. in dicta l. maritus. numer. 4. vltima apoſtilla. Bartol. tamen in dicta l. maritus. nume. 4. ad finem vſque, diſtinctione rem depin-
3 git, & (in ſumma) accuſatorem deferre reo, ob Turpil. & colluſionis timorem, non poſſe opina-
4 tur: † reum verò actori non it inficias, quòd videatur reus tũc demũ crimen, ſub cõditione, ſi iura-
5 uerit, fateri. † Iudicẽ autem in probationis ſubſidiũ & defectum, ad rei abſolutionem, iuramentum, quod purgationis vocant, reo quidem poſſe, ſed accuſatori ad condemnationem non deferre, lactatus text. non alieno. in l. præſenti. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. & l. ſciant. C. de probationib. ſcitè

&

& Babylonio campo Speculat.in titul.purgatio
6 quid ſit.per totum lib.iij.† Tendit enim tunc demùm ad rei abſolutionem, cuius gratia innumera
7 conceſſa leguntur:† & hoc caſu in reum nulla infamiæ labes ac macula irrepit: Phœniceus text.in l.furti.§.qui iuſſu.& ibi gloſſ.in verbo notatus.&
8 gloſſ.ſequen.ff.de his, qui notantur infa. (In† quo iuramentum à pacto, aut tranſactione, diſsidere, gloſſ.in dicto verb.notatus.aſſeuerat) iuuat regul. noſtram l.ſi duo.§.idem Iulianus:ff.de iureiurando.
9 † niſi poſteà periurus in condemnationem præceps cadat: gloſ.in dicta l.furti.dicto §.qui iuſſu.d.verb.notatus.& l.nam poſteà.§.ſi damnetur. ff.de iureiuran.Gloſ.tamen in l.iij.in verb.agatur.
10 ff.de iureiurando.† voluntarium & iudiciale quidem, ſed non neceſſarium, in probationis ſubſidium & defectum deferri poſſe iuramentum, exiſtimat.Et quàmuis Barto.in dicta l.iij.num.1.contrariam alleget gloſſ.j.in fi.in l.maritus.ff.de quæſtionib.ea tamē de ſolo in probationis defectum, iuramento, vocem trahit; niſi probationis inopiam, ad omne iuramenti genus, reducamus. Diſtinctionem inſuper fingit ac depingit Albert.de Gandin.eius in malef.Tract.tit.de tranſactionib.
11 & pact.in malefi.numer.25.vt † ex Odofredi ſententia, in voluntario quidem, ſed in neceſſario &
12 iudiciali, deferri nequeat: quàmuis † Azoni indiſtinctè deferri poſſe viſum fuerit: vt ille refert. Huic regulæ congruit quod not.Bolo.in l.non eſt
13 verifimile.ff.de eo, quod metus cauſa.vt† in criminalibus, vt nec magni ponderis cauſis ciuilibus,

aut vbi ſingulares adeſſent teſtes, vel in aliquem iuris præſumptio daretur, non deferatur iuramen
14 tum: quem vide. Adde † non deferri iuramentum in criminalibus, vel ſi ciuiliter intententur: Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. poſtquàm. nume. 1. 2. 3. & 4. quem videas: niſi caſibus à Iure expreſsis: ſed abſolutioni locũ fore. de reg. Hyppol. de Marſil. eius in Practica. §. poſtquàm. numero 2. & §. expedita. numero 74.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſolis præſumptionibus, reus non condemnatur, & quando.*
2 *Indicia ad condemnationem ſufficientia, nouem.*
3 *Vbi maius periurium, vt in criminalibus, ibi cautius agitur.*
4 *Indubitata indicia, quæ ſint.*
5 *Indicia grauia aut leuia, quæ ſint.*
6 *An & quando ex ſolis indicijs ad condemnationem eatur.*
7 *Dubitatis indicijs, ad ſolam torturam: ſed indubitatis ad condemnationem etiam ſine ea itur.*
8 *Iudices, ad condemnationem ſufficientibus habitis indicijs, quare reum torturæ ſubmittant.*
9 *Quî id fieri debeat.*

REGVLA LXII.

1 IN † criminalibus, ex ſolis præſumptionibus ingentibus & vrgentibus licet, niſi vel ſponte reus cõfeſſus, vel legitimè per prob

probationes apertiſsimas, aut per indicia ad probationem indubitata,& luce clariora, conuictus, non condemnatur: hęc regu. excerpta creditur ex text. clariſſ. in l. vltima. C. de probatio. vbi omnes Doctor.& maximè Bald.& l. qui ſententiam. C. de pœnis.& l. qui accuſare. C. de eden.& l. j. C. de con feſſ.& l. abſentē. ff. de pœnis. can. nos in quēquam. ij. quæſt. j.& ibi gloſſ. j. conuincendi modos enumerat. tacit etiam gloſſ. ij. eò loci. Alexand. conſil. lxvj. volum. j. in princ. notabiles adfert diſtinctiones, Palladius ille & legum Coryphæus Bald. in l. milites. nume. 5. C. de quæſtio.& l. non hoc. in fin.
2 vnde cog. (indicia † autem, vel ad condemnationem, ſufficientia, nouem numero refert de Gand. eius in malef. Tract. titu. de præſumpt.& indic. indubit. ex quib. condem. ſequi. poſſ. quem nō omittas) Ratio autem horum, redditur à Bald. in dicta
3 l. vltima. nume. 4. quòd vbi † maior & grauior con demnatio ſubſequitur, ibi tutior & firmior proba tio expiſcāda ſit, præcipuè in criminalibus, in quibus vt plurimùm, aut de ſtatu, de fama, de honore, de vita, aut corporis partis mutilatione, digladiatur ac dimicatur, quibus nihil hoc in ſeculo, charius & magis Phœniceum, ſi Philoſophorum, nedum Chriſtianorum ſententiæ hæſerimus, quòd horum vel minimum, fortunæ bonis præponderet. De anima (qua nihil dignius) hîc ne verbum
4 quidem. † Indubitata autem (ad rem) indicia, Baldo in d. l. vltima. nume. 3. ſunt à lege approbata, & veritatem in vnam conſonantiam indubitanter arguentia: arg. l. ſi hi, qui adulterij. C. ad legem Iul.

de adulter.& l.milites.§.oportet. C.de quæſtion.
5 †Indicia autem leuia, aut grauia, quæ ſint, Baldi
Sybilina doctrina in d.l. non hoc. in vlt. verbis
enucleat ac enodat: vt, putà, graue dicatur, quod
frequenter & facilè contingit adeſſe: leue verò,
quod frequenter & facilè abeſſe obuenit: ratione
6 glo.penult.eiuſdem legis, pellectus: ibi etiam, †an
& quando quis, ſolis in condemnationem, indi-
ciis, irrepat, & per diſtinctiones multus eſt idem
Bald.in d.l.milites.nume.5.C.de quæſtio.vt velit,
7 †indicia dubitata, quàmuis veriſimilia, nõ ad con
demnationem, ſed ad ſolam torturam: indubitata
verò, etiam ſine tortura, ad condemnationem ſuf-
8 ficere: † ſolere tamen Iudices, quò negotij verita-
tem, ore rei proprio, nanciſcantur, tunc demùm
9 reum quæſtioni ſubmittere, † ſed fit hoc modera-
mine adhibito. De quo reg.xxxvij.ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus, nec violenta præſumptio ad condemnationem, licet in ciuilibus ſit, ſufficit.*
2 *Verus l.vlt.C.de probat.& nouus intellectus.*
3 *Communis antiquus intellectus non congruus.*

REGVLA LXIII.

1 IN † criminalibus, etiam violenta præſumptione, quę in ciuilibus plenę probationis, vim & robur habet, ad condemnationem non itur: cap.afferte.& cap.

cap.quia veriſimile.de præſumptionib.l.vlti.cum ibi notatis.C.de probationib. Alexand. conſil.xv. viſo proceſſu.in iij.fundamen.volum.v.Ratio exhaurietur ex trita illa l.vltim.C.de probationib.
2 quæ † quotiès de luce clarioribus,verba facit, nõ tam de probatione,quàm de indiciis & conjecturis,vocem trahit: vnde non verè eam crebriùs in-
3 duci putarim,vt † omne probationis genus (vt cõmuniter creditur,luce clarius eſſe debeat,ſed indicia ſic,vt ibi in fin.quod nota,velut nouum,& aurem mordaci(citra iactantiæ maculam) lotum aceto,nec in lente vnguentum,vt nec ad ſtiuam natum.

SVMMARIVM.

1 *Plures imperfectæ probationes,in criminalibus iungi non poſſunt,ad plenam probationem inducendã.*
2 *Quàmuis ſecùs in ciuilibus,ſaltem non arduis credatur.*
3 *Iaſonis opinio in ciuilibus,id procedere, ſi eiuſdem ſint farinæ duæ illæ probationes.*
4 *Quid in criminali Baldo viſum ſit: quàmuis aliis non videatur: nume.5.& 6.*

REGVLA LXIIII.

1 IN † criminalibus, plures & diuerſæ probationum ſpecies (quales duæ ſemiplenæ probationes ſunt) ad teretẽ & rotũdam,ac plenam probationem inſtil

inſtillandam, contexi, vt & necti, ac iungi nō poſſunt: Bald. in cap. veniens. num. 7. & ita gloſ. ij. ibi, Prætereà. de teſtibus, & l. ſi quis ex argentariis. §. j. verſicu. quid enim. num. 4. ff. de edend. Alex. conſi. cxliij. quum abundet. colum. ij. volu. ij. Salice. in l. ea quidem. colum. penulti. C. de accuſationib. Decius in cap. j. colum. penulti. verſicu. ſecunda concluſio. de appellatio. & in c. cùm cauſam. col. pen. de probationibus. & in conſil. clxxv. in cauſa falſitatis. circa fin. volu. j. Id genus deciſionem erigit Iaſon in l. admonendi. colum. lxxxiiij. in princip. num. 213. in ij. interpreta. ff. de iureiurand. Quàm-
2 uis † in contrarium, in cauſa ciuili, ſaltem non ardua, pedibus manibúſque eatur: Bald. & Doct. lo-
3 cis præallegatis. † Iaſon tamen in loco præallegat. in ciuilibus ſemiplenas probationes, duas etiam in ciuili cauſa, niſi eiuſdem farinæ & ſpeciei ſint,
4 haud ſufficere opinatur. † Baldo verò in dicto ca. veniens. in criminalibus, duas ſemiplenas probationes, indiciis probatis fultas, ſufficere placet: verbi gratia, Vno teſte de veritate negotij, duobus i-
5 tem de fama deponentibus. † Scio tamen nonnullos ex l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milità. In contrarium trahi, ſed ea argumenta à l. vltima. C. de probationibus. colorem accipere crediderim:
6 † hanc ciuilis & criminalis cauſæ differentiam, literis nobis conſignatam reliquit Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. expedita. nume. 81. & §. diligenter. nume. 14.

SVM

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus, contra reum, teſtes omni exceptione maiores eſſe debent.*

2 *Nec multitudine, nec adiunctorum ratione, horum teſtium inhabilitas purgatur, aut ſuppletur: ſecùs in ciuilibus. num. 3.*

4 *Teſtis domeſticus, pro reo admittitur.*

REGVLA LXV.

1 IN† criminalibus, ad probandum contra reum, teſtes idonei & omni exceptione maiores requiruntur. & ita, vt
2 †illorum inhabilitas, nec multitudine ſuppleatur, nec adiũctorum ratione purgetur: Bald. in c. ad noſtram. de probatio. l. final. cum ibi notatis. C. de probationib. Iaſ. in Authenti. ſi verò contigerit. verſic. tu limita. nume. 6. C. de Iud. text. Lynceus in c. licet cauſam verſicu. quanquàm. ibi,
3 Ad reprobãdum. extrà, de probatio. Quàmuis† in ciuilibus ſecùs: Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. expedita. num. 82. vbi quod deeſt in fide, in ciuilibus, ſupplet numerus. Idẽ creditur pro reo, in cri-
4 minalibus, † vt vel domeſtici rei innocentiã probent: Hypp. de Marſil. eius in Practi. §. oportunè. num. 15. ſed vide Barto. gloſ. & alios in l. parentes. C. de teſtib. Dixi regu. xxj. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis infamis teſtimonium, ſine tortura non admittit*

mittitur,vel in caſibus exceptis:niſi,&c. & numero 2.& 3.

4 *Teſtium doloſorum reprobationes, in caſibus exceptis,ad probandum admittendæ.*

5 *Teſtis accuſatus non purgatus,an,& quando in ciuili aut criminali cauſa admittatur:& de purgato: & nume.12.*

6 *Qui ſint & dicantur infames:& nume.7. & 8. ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter ſiue publico, ſiue priuato,vel ciuiliter agatur.*

9 *Iniuria etiam verbalis,infamiam irrogat.*

10 *Multiplex infamiæ ſpecies:& nume.14.*

11 *Teſtimonio,quæ infamia officiat.*

13 *Accuſatus Procurator eſſe non poteſt,donec ſe purgauerit.*

15 *Infamiæ macula, teſtis oſſibus hæret,non purgata puta.*

REGVLA LXVI.

1 Teſtis † infamis teſtimonium,vel in caſibus exceptis,ſine tortura veritati pōdus non addit:Phœniceus & ſingul.ciuilis text.in l.ob carmen.in fin.princi. verſicu.ſi ea rei conditio.ff.de teſtibus.congruit l. ex libero.in prin.verſic.nec tamen conſequens eſſe, vt etiam ſine tormentis, eidem, putà minori xiij.annis, vel alteri teſti regulariter reprobato, credatur:text.Can.vbi ſine tormentis huius farinæ teſtibus non credatur:in c.imprimis.in fi.verſicu.teſtes.ij.quæſtio.j.& ca.illi,qui.v.quæſt.v. & ca.ſi

ca.ſi teſtes.verſic.ſi autem ea rei conditio.iiij.quæſtio.iij.non eſt alienus text.in l.nullus.C.ad legem
2 Iul.Maieſt.vbi † creditur teſtimonij infamis indiſcriminatim & ſine tortura admittendi, ſingularis caſus: ergo crebriùs in contrarium itur: iuuant quæ tradit Specu.in tit.de teſte.num.28.verſ.quia
3 tunc admittitur,&c.† vbi infamis crebriùs à teſtimonio in criminalibus arcetur, præcipuè in reũ: niſi in ſubſidium, quando, putà, veritas haberi aliter nequit: & tunc cum tortura admittitur: phœniceè Lanfran.de Oriano in eius Practi.tit.de depoſi.teſti.num.129.cum præceden.& ſequen.ſcitè Bar.in l.j.nu.12.C.de ſum.Trin.vbi Bal.nu.5.mellitè & ſcitè Iaſ.in d.l.j.nume.65.cum ſequen.ad fi. vſque.vbi infamia facti & iuris, ſiue in criminali, ſiue in ciuili cauſa, quãdo teſtimonium impediat, regu.cum limitationibus & declarationibus aureis erigitur: certis inſuper, vt diximus, caſibus auditur, vt in crimine læſæ maieſta.hęreſi, & ſymon. Phœniceus text.in c.licet Hely.extrà, de ſymo.cũ aureo c.per tuas.ibid.& gloſſ.magn.vbi eſt aureus
4 text.maximè ad hoc, vt etiam † in caſibus exceptis, teſtium doloſorum, id eſt, eorum, qui non iuſtitiæ zelo, ſed dolo depoſuerint reprobationes probandæ admittantur: auxilio eſt cap.imprimis.verſicu.ſed & de perſonis,&c.& verſic.teſtes autem,&c.in fin.ij.q.j.& ca.illi, qui.v.quæſ.v. belliſſ.text.in cap.per tuas.de ſymon.vbi eſt ſimilis text. vbi etiam quanti ponderis ſint huiuſmodi teſtimonia ſola, vel aliundè auxiliata, verſicu.nos verò,&c.ſiue purgati, ſiue non, dicantur huiuſmo-

di

di teſtes,aut emendati:nō omittetur cap.teſtimo.
5 &c.vlti.de teſtibus,extrà.vbi † an & quando te-
ſtis criminis purgati,vel non,inſimulatus à teſti-
monio extrudatur, ſiue in ciuilibus,ſiue in crimi-
nalibus:notatur in l.quoniam.ſuper gloſſ.partici-
pes. vbi de ſocij criminis teſtimonio, & quis ſo-
cius dicatur:C.de probation.deguſtabo infrà, re-
gul.lxxix.maximè numer.12.de teſtimonio crimi-
noſi ſcitè dictus Lanfran.titu. præalleg.nume.123.
6 cum ſequen.Hi † autem infamiæ nota inquinati
& polluti dicuntur, qui, vel publico iudicio,vel
priuato,quo caſu ciuilis actio infamiæ labem inge
rit,damnati creduntur:Phœniceus text.& ſingul.
in l.infamem.ff.de public.iudic.iuncta ibi glo.j.ij.
& penul.vbi latiſsi.Barto.& §.penulti.Inſtitut. de
7 pœna temerè litig.idque † ſiue ciuiliter,ſiue crimi
naliter,publico agatur iudicio:vt ibi in glo.j.cum
8 ſcriben.† In aliis autem iudiciis priuatis,ſola licet
condemnatio criminalis,infamiæ maculam infer
re,ex d.l.infamem.non credatur:eā tamen ſi ſen-
tentiæ executio ſubſequatur,iſtillari crebriùs itū
eſt:gloſſ.ij.in dicta l.infamē.quæ id fulcit viribus.
l.ictus.ff.de his, qui notantur infamia. Bart.in di-
9 cta l.infamem.num.1.2.3.4.& 12.vbi † pro leuicu-
la etiam iniuria verbali,damnatus,infamię pedi-
cis irretitur & intricatur:ex ca.cùm te. extrà, de
10 re iudica.† De iuris,facti,& ſententiæ infamia,gu
ſtum ſeni meo in legitimarum Tractatu, artic.ix.
ſub numer.10.poſt Bald.in l.fratres.C.de inoffic.
teſtamento.vbi ille quaſi Babylonio campo mul-
11 tus eſt.A nonnullis eò ventum eſt,vt † infamia fa-
cti,

cti,ſi crimen ciuiliter ducatur, vt in ciuili vel ardua cauſa, teſtimonio haud ſit obfutura: tex. videtur in cap. per tuas. extrà, de ſymon. ſingu. tex. in c. teſtimonium. & cap. vlt. extrà, de teſtibus. vbi ſcitè
12 de his, † & vt pendente criminali accuſatione, in teſtimonium reus in criminalibus non admittátur: vt ibi, & videtur aureus tex. in l. in teſtimoniũ. ff. de teſtib. quod intellige niſi in ſubſidium: vt de infamibus diximus, maximè in exceptis criminibus: tex. Lynceus in c. vlti. de teſtib. & atteſtat. ex-
13 trà. † Vt nec Procurator eſſe interim poteſt: vt ibi gloſſ. vltim. circa princip. & ſingula. ad hoc natus tex. in l. reum. C. de Procurator. non purgata, pu-
14 tà, innocentia. † de duplici infamiæ genere, extat
15 text. in l. ij. ff. de obſequiis. à liber. præſtand. † Hæc autem infamiæ macula, non lota nec purgata, ita teſtis oſsibus (vt ſic dicam) hæret, vt vel eo poſt depoſitionem vita finito, probari queat: Specula. præallega. loco. num. 29. pulſus text. l. vltim. C. de teſtibus. cum ſimilibus. Huius regulæ vis, etiam videtur pendere ex l. edictum. & l. diuus. & l. de minore quatuordecim annis. ff. de quęſt. de teſtis infamia, Hypp. de Marſil. eius in Pract. §. diligéter. nu. 62. & numer. 81. & ſimilibus. vbi de eius teſtimonio torquendo.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus, teſtis ſui dicti, vel non interrogatus, reddere tenetur rationem.*
2 *Quod procedit, ſi contra reum deponat.*

3 *Teſti in rei fauorem deponenti,vel ſi nullam dicti rationem reddat,creditur.*

REGVLA LXVII.

1 IN † criminalibus,teſtis etiam nõ interrogatus,dicti rationem reddere tenetur,ſecùs non probat: Salic.in l.fi. C.de probatio.Roma.in rubr.de ar-
2 bitr.col.x. † Quod ſic accipias velim,vt in teſte, contra reum deponente, id incedat, non ſi in rei
3 fauorem: † tunc enim vel non aſsignantis dicti rationem teſtimonio ſtatur,tantus eſt abſolutionis fauor:l.Arrianus.ff.de actio.& oblig. l.abſentem. ff.de pœnis.l.fauorabiliores.ff.de reg.Iur.Hyppol. in ſing.dclviij.teſtes in cauſa.

SVMMARIVM.

1 *In ciuilibus cauſis,actoris probationes ex ſeipſis debilitari oportet,quò reus abſoluatur:& nu.3.*
2 *In criminalibus, etiã ex rei probationibus, ſufficit.*
3 *Quò reus damnetur actoris probationes multò vrgentiores eſſe oportet:& nume.9.*
4 *Teſtium pondus, à numero & qualitate dependet.*
5 *Ex ſolis actoris probationibus,vel rei abſolutio dependet,& quomodo.*
6 *De teſtium,& inſtrumentorum pugnantia, plura.*
7 *Teſtibus veriſimiliùs deponentibus ſtatur.*
8 *Indicia indicijs eneruantur & tolluntur.*
10 *In paribus aut dubijs teſtimonijs, rei fauor præponitur*

nitur.

11 *In criminalibus, potiùs in rei fauorem negantibus, quàm in eum affirmantibus, ſtatur.*

12 *Quàmuis ſecùs in ciuilibus.*

13 *Hodie quid.*

REGVLA LXVIII.

1 ETſi † in ciuilibus cauſis, quò reus abſoluatur, actoris probationes, ex ſeipſis præcipitari, & dubias reddi operæpretium ſit: cap. in præſent. de probatio.
2 extrà. l. non hoc. C. vnde legit. † in criminalibus tamen accuſatoris probationes, rei probationibus, anxias & dubias reddi, ac debilitari ſufficit: Bartol. hanc eandem diſtinctionem texens, depingens & erigens, in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de noui oper. nuncia. Salic. in l. matrem. C. de probatio. Alexand. conſil. xv. viſo proceſſu. in ij.
3 funda. vol. j. Hinc fit, vt † datis hincindè indiciis, aut probationibus, quò reus condemnetur, accuſatoris probationes, multò vrgentiores, excellen-
4 tiores, ac nobiliores, eſſe oporteat: † quod teſtium
5 & qualitas, & numerus, olfaciet. † Idem dictum velim de ſolius accuſatoris probationibus, quotiès alij ad reum onerandum, ad excuſandum alij tendunt, vt tunc demùm inæqualitas ſpectanda veniat: his arridere videtur l. ob carmē. §. vltimo. vbi Bartol. Bald. & alij, ff. de teſtibus. vbi gloſſ. mag. & l. iij. §. ideóque. verſic. eiuſdem. ibi, Aliàs numerus teſtium. eod. cum gloſſ. mag. in c. in noſtra.

6 extrà, eod. (vbi ſcitè & pulchrè † de teſtimon. tam vnius, quàm duarum partium, contrarietate, ſiue ea teſtimonia ſint teſtium, ſiue inſtrumentorum: mellitus text. cum glo. in c. ſi teſtes. iiij. quæſt. iij. ad quæ Iura quiſquis pedibus manibúſque recurrat, quòd ad limam res deducatur vſque, ſcitè ſanè) his annectatur Bart. in l. iuriſiurandi. nume. 8. C. de teſtib. vbi teſtium numerum exceſsiuum, dignitati præponderare, aliàs dignitatẽ præ-
7 ferri, ſcitè & mordicùs autumat: † veriſimilius teſtimonium, etiam præferatur oportet: Matth. de Affl. deciſ. ccclxiij. nume. 6. & deciſ. cccc. nume. 11. & Socin. regu. ccccxxvj. in ij. & iij. fallent. in eius Fallent. Angel. hæc deguſtaſſe videtur in eius malef. Tract. in verb. quod fama publica. numero 34.
8 vbi † Auguſt. indiciis alia tolli & eneruari indicia, autumat, qui allegat Salice. in l. fin. circa gloſſ. C. de accuſat. & in l. inciuile. C. de furtis. pulchrè & verè dubio procul Bartol. in l. j. §. j. nume. 2. ff. de
9 quæſtio. vbi † accuſatoris teſtimonia, rei probationibus, quò ad condemnationem eatur, grauiora multò, & præponderare oportere affirmat. Quod & notatu dignum eſt, pro rei tuitione: his congruit Fulg. conſil. lxj. & Franciſ. Brun, in Tracta. de indic. & tor. col. iiij. circa fin. cor. ij. faciunt quæ reg. clvij. de Medicorum relatione dicuntur.
10 † In paribus autem aut dubiis teſtimoniis, rei fauorem præponendum duxit Phœnicea gloſſ. vlti. in fin. in c. Clerici. lxxxj. diſtinct. quam allegat Bald. in d. l. data opera. nume. 44. & idem Socin. eadem
11 reg. in fin. vbi † in criminalibus, plùs creditur in

rei

rei fauorem negantibus, quàm in eum affirmantibus: quàmuis † in ciuilibus ſecùs.† Hodie etiam in
12
13 ciuilibus, criminalis reg. videtur obſeruari: hinc quæ anteeant tunc probationes, ex præcedentibus, vel in ciuilibus liquet. de teſtium pondere, & quando cuiuſque potius in ſententiã eatur, & in dubiis cuius fauor præponderet, ſcitè Specul. titu. de teſt. verſic. poſtquàm. maximè nu. 45. & 6.

SVMMARIVM.

1 *In actu ad vtrumlibet, animæ fauorẽ, in duriorem partem, in præſumptionem imus.*

2 *In foro conſcientiæ, culpa timenda, etiam vbi nõ eſt.*

3 *Patris dolus, culpa, aut matris, quî & quando puniatur.*

4 *In foro contentioſo, quotiès de pœna infligenda quæritur, in mitiorem labimur partem.*

5 *Delicta non præſumuntur.*

6 *Hæc, rei abſolutionis, gratia, ſed condemnationis non, fiunt.*

REGVLA LXIX.

1 IN † omni actu ad vtrumlibet, id eſt, qui in delictum cadere, vel nõ, poteſt, in anxiis animæ fauore, in partem duriorem, velut tutiorem, declinare, & ſic delictum præſumere operępretium eſt: etenim
2 † in foro animæ, culpam expaueſcere & abhorrere, bonæ conſcientiæ eſt: aureus textus, in capit. ad

audientiam.cum gloſſ.penulti.& vlti.in fin.de homicid.extrà.alius Phœniceus text.cum gloſſ.j.in cap.de his,qui filios occid.vbi timẽdam culpam, etiam vbi ea non eſt,in foro conſcientiæ, gloſ.autumat,quæ glo.in dicto cap.vlti.eſt iugiter & per-
3 petim menti figẽda,† pro patribus,aut matribus, filiorum caſu,culpa, dolo:aut aliàs occiſoribus,
4 pœna imponenda, vt ſciamus quæ & quanta.†In foro autem contentioſo,vbi de pœnæ afflictione, verba habentur,in dubio,in partem leuiorem ac
5 mitiorẽ deflectere nos oportet,† quum delicta nõ præſumi,nemo neſciat,clariſsimus tex.& notatu dignus,in l.merito.ff.pro ſoc.& ibi gloſſ.j.& Bar. & in l.qui iuraſſe.§.ſi pater.cum gloſ.ff.de iureiu-
6 rando.† hæc abſolutionis, non condemnationis gratia,procedere autumans,pellectus Bartol.text. in l.ſi duo Patroni.in princip.ff.de iureiuran.pro huius etiam regu.ſecunda parte facit text.in l.abſentem.in princip.ff.de pœnis.Abb.& Felyn.in dicto cap.ad audientiam.in ſecundo notabil.de homicid.extrà.

SVMMARIVM.

1 *Seſe exanimans, vulnerans,aut tentans, conſcius præſumitur.*
2 *Seſe occidens,ſepultura non donatur.*
3 *Huius morte,crimen non extinguitur.*
4 *Nec pœna euaneſcit.*
5 *Huius bona proſcribuntur.*
6 *Huius hæres,ad ipſius innocentiam, quò bona obti-*

neat

neat purgandam auditur.

REGVLA LXX.

1 SEſe † exanimans & occidens, tentanſ- ve, quàmuis obuiam itum ſit, vel ſeſe vulnerans, ſibi mortem côſciſcendi animo, quum de crimine quæritur, criminis reus & conſcius præſumitur: notatur pulchrè apud Barto. in lure Roſcium, in rubric. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam mor. ſibi conſc. Iaſ. latè in l. ſi is, qui. num. 2. 3. & 4. C. qui teſtamen.
2 facere poſſunt. Quo fit, vt † ſepultura donandus, ſuiipſius homicida non veniat: vt ibi per eos, & notatur in c. ſiquis abſciderit. cum ſequẽti. lvj. diſtinct. & ca. ſanè. xv. q. j. cum aliis: bricam huius rei
3 ſeliget quis ex tradit. in regu. cxliij. † Durat enim,
4 nec tunc morte euaneſcit ſcelus: Bart. † in l. defun-
5 cto. ff. de public. iudic. in princip. vt † nec tunc demùm pœnæ intereunt: l. ex iudiciorum. ff. de accuſationibus. quinimò bona proſcribuntur: l. defunctis. in fin. C. ſi reus vel accuſa. mort. fuerit. & l. vltima. ff. de bonis eorum, qui mortẽ ſibi côſc. Quã-
6 uis §. vltimo, d. l. vltim. † ad probandam rei huius ſuiipſius occiſoris innocentiam, hæres audiatur, qua probata bona obtinet: de his guttula in regul. cxxiiij. & regul. cxxvj. numer. 4. ſeſe occidere tentans, nec perficiens, quî puniatur, videtur text. ſingula. cum Docto. in l. ſi quis la. ij. in fin. verſicu. miles. ff. de pœnis. & in l. j. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciu. & quando non.

dicta l. ſiquis. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Facto aduerſarij prouocatus, nunquàm vera & ordinaria delicti pœna, ſed mitiùs punitur.*

2 *Prouocatus, non tã dolo, quàm culpa deliquiſſe præſumitur.*

REGVLA LXXI.

1 FActo † aduerſarij prouocatum, nunquàm vera delicti pœna cruciari, ſed leuiùs & mitiùs cum eo agi creditur: non Talpeus textus in l. qui cum maior. verſi. ſi libertus. ibi, Ignoſcendum eſt enim ei, &c. ff. de bonis libert. l. ij. in princip. ff. de iure Fiſci. l. Gracchus. in fin. C. de adulter. l. ſi adulterium. §. Imperatores. verſic. difficillimum. ff. eodem. l. j. §. diuus. verſic. item diuus. circa fi. ff. de ſycar. Hyp
2 pol. in l. ij. per illum text. C. eodem. Etenim † non tam dolo, quàm ira, crimen in hũc irrepſiſſe itum eſt: d. §. Imperatores. verſic. difficillimum, &c. huius rei guttulam ſenit Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. quoniam. nume. 62. & 63. 70. & 71. vbi inceptor rixæ, & qui percutere incœpit, in culpa eſſe fertur.

SVMMARIVM.

1 *In materia prouocationis, creditur Iudex poſſe lenire*

nire pœnam, vndecunque prouocatio, occaſióve maneat & fluat.

REGVLA LXXII.

1 TAntus † eſſe fertur prouocationis, datæ've occaſionis effectus, vt in poteſtate Iudicis homicidæ (quem iracundia, prouocatióve, vel ſi aliundè, quàm ex offenſi facto, ea ortum habere dicatur, impulerit) eſſe credatur, pœnam ordinariam lenire ac extenuare: Phœniceum dictum Roman. in l. cùm mulier. la j. col. xvj. aduerte tùm. ff. ſolu. matr. per tex. Phœniceum & Lynceum in l. lex Iulia. §. fin. ff. ad legẽ Iul. repetund. Hypp. in l. j. col. vij. de ſycariis.

SVMMARIVM.

1 *Legis permiſſionem euolãs, de ſolo exceſſu, punitur.*
2 *Quòd in eo, quo ſolo exceſſit, deliquerit.*
3 *De correctionum & emendationum materia, laté.*

REGVLA LXXIII.

1 VBicunque † aliquid certa forma, licet, ſi eius pomæria exceſſa dicantur, non factum integrè, ſed ſolus puniatur exceſſus: textus omniũ, qui adduci poſſent Lyncei, ac aurem mordaci loti aceto, in l. Gracchus. in fin. C. de adulter. vbi gloſſ. in l. ſi adulteriũ. §. Imperatores. verſi. difficillimũ enim, &c.

 ibi,

ibi,Et magis,quia plus,&c.ff.eodem.& ibi Angel. not.Alexand.conſil.cxl.ad fin.vol.ij.& cóſil.cxix. vol.vij.vbi hanc eſſe communem aſſerit. Etenim
2 †non in eo,quod licet, ſed in quo legalis permiſſionis nidum euolat,& cancellos egreditur, is deliquiſſe creditur:text.cum gloſſ.in c.olim.gloſ. vl-
3 tima.extrà,de reſtitut.ſpolia.faciunt†quæ adduci poſſunt de filiorum,vxoris, ſeruorum, diſcipulorum,& aliorum,id genus correctionibus & emendationibus,in l.vnica.C.de emenda. ſeruor.& l. vnica.C.de emenda.propinquor.cum ibi traditis per Bartol.& alios:vbi pater materve, vir, dominus,aut magiſter excedens,quatenùs pomæria legis euolauit, punitur.huius rei qui ſuos irrigare deſiderat hortulos,riuulum exhauriat ex maleſic. Tract.Bonifac.de Vitell.tit.quib.conceſſ.eſt correctio.& ex Pract.Hypp.de Marſil.§.quoniam.numero 90.vbi de ſolo exceſſu, tenetur: & §.aggredior.nume.80.vbi de magiſtri correctione,& nume.81.vbi de viri.

SVMMARIVM.

1 *Qui legis permiſſionem exceſſit, dolo non præſumitur id feciſſe.*
2 *Id que ſiue agendo, ſiue defendendo exceſſerit.*
3 *Omnis legalis defenſio, moderamen non exceſſum expoſcit.*
4 *Dolo & ex propoſito excedens, punitur de exceſſu, & vltrà: odio doli: & quando, in fine reg.*
5 *Culpa omnis punienda, ſed hic pro modo exceſſus.*

REG

1 QVicunque † pomæria à lege conceſſa, euolat,& excedit,non vt dolo pulſus, ſed culpa illectus & lactatus punitur: l.j.§.fin.ff.de ſycar.Felyn.in c.ſignificaſti.col.fin.de homicid.Butrig.in c.olim.el primo.per illum tex.de reſtitut.ſpol.extrà. † Id'que,
2 ſiue ille agat,ſiue tueatur: † Etenim omnis defenſio à lege data,moderamen non exceſſum, expoſcit:gloſſ.vltim.in dicto c.olim.cum ſimilib. non
3
4 deſunt tamen,qui † dolo & ex propoſito excedentem,non ſi culpa,puniri crediderunt:Angel.Aret. eius in malef.Tracta.in verb. & dictus Titius. nume.9.qui allegat Salic.in l.Gracchus. C. de adult. & Pet.de Anchar.in Clemen.j.de homicid.in fin. iij.notab.quod à re alienum & abhorrens non videtur,ſi propoſitum, aut dolus indubitatus elucеſcat & expiſcari poſsit,vt vel integrè excedens pu
5 niatur. † Sin ſola arguatur culpa,regulā palmam obtinere crediderim.Nec enim iuri conſonum videtur,vel ſolam culpam impunitam relinquere, niſi hæc iuſta aliundè cauſa lactetur & fulciatur. de hac noſtra reg.extat Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.quoniam.nume.57.doctrina: & quòd dolo & ex propoſito excedēs,de ſolo exceſſu teneatur,tenuit idem Hyppol.ibid.nume.68.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus,teſtis de credulitate, in rei fauorem admittitur.*

2 *In ciuilibus longè ſecus.*

In

REGVLA LXXV.

1 IN † criminalibus quò pœna mortis reus exuatur, teſtis de credulitate verba facientis teſtimonium admitti crebriùs creditur: vt ſi teſtis (exempli cauſa) ſe credere reũ aliquem occidiſſe, aut ei vulnus aliquod inflixiſſe, ad neceſſariam ſui defenſionem dixerit: Bald. numer. 5. & Salic. in l. ſolam. C. de teſtibus. Hyppol. in ſingul. xix. tu ſcis clarum: Alexã. in conſil. lxxvj. viſa. in fin. & in conſil. cix. viſis. co-
2 lum. penulti. volumi. 1. Quàmuis † in cauſis ciuilibus, crebriùs in contrariam pedibus manibúſque eatur ſententiam: gloſ. mag. & Docto. in l. teſtium. C. de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Si delictum probetur, ſed nõ qualitas propoſita, reus videtur abſoluendus.*
2 *Bartolea ſuper hac re, conſuetudo.*
3 *Temporis ac loci diuerſitas, negotij diuerſitatem arguit: & num. 4. 5. & 13.*
6 *Alio tamen in iudicio, proſecutio non denegatur.*
7 *Hodie quiſquis ad formam probati, condemnatur.*
8 *Varij variè de hac re ſentiunt.*
9 *Nonnulli detrahendam qualitatem volunt.*
10 *Detractioni aut libelli additioni, quando ſit locus.*
11 *Clauſula, Super quibus omnibus, & c. tollit omne dubium: & nu. 12. vbi ponitur regulæ limitatio: & nume. 14. vbi alia regulæ declaratio collocatur.*

Quid

14 *Quid in actu reiterabili.*

REGVLA LXXVI.

1 VBicunque † delictum cum aliqua qualitate illud grauius reddente, proponitur, cui pondus non addatur, de crimine cõſtet licet, reus abſoluendus creditur: communis Doctorum ſententia in l.ij.C.de probationibus. vbi Caſt. & Bald. notab. doct. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adulter. vbi latè Bartol. & conſil. ciij. libr. ij. conſil. vbi in fin. † ita
2 obſeruari credidit, quàmuis in contrariã pellatur ſententiam, eámque ſibi videri conſuetudinem, autumet, & aſſerat. Idem Bartol. in l. 15, qui reus. ff. de
3 public. iudic. numer. 9. vbi † ex diei, temporis, ac loci diuerſitate, diuerſum videri negotium opina-
4 tur, & num. 10. vbi † cautelam, ad rei tuitionem & defenſionem probandam, aſsignat: iuuat l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notãtur infamia. refert & ſequitur Ro. in conſil. ij. quæſtion. & in l. Fulcinius. §. j. & ibi ſcitè Barto. quibus ex cauſis in poſſeſsion. eatur. ſcitè & ſubtiliter Bart. hanc quæſtionem per diſtinctiones elimare, & veritatem expiſcari cogitur, in l. denunciaſſe, præallegata. Qui in hac deliteſcunt ſententia, hoc põdere huic regulæ ſtimulum addunt, quòd nec ſit, nec videa-
5 tur idem ſcelus: verùm † aliud deductũ, aliud probatum, præcipuè vbi temporis, diei, aut loci diuer
6 ſitas emergeret, enatarétque: quàmuis † alio in iudicio, delicti probati proſecutio, vt & menſis propoſiti

poſiti diei,in eiuſdem iudicij proſecutione, declaratio non denegetur:videtur textus expreſſus in l. libellorum.verſicu.quòd ſi libelli.ff.de accuſatio. iuuat c.examinata.extrà,de iudic.& ca.j.in fine.de exceptio.Tetigi ſuprà,reg.vj.hac de re latè Barto. Cæpol.cap.xxiiij.nume.8.9.& 10.in Tract. ſerui-
7 tu.vrba.præd.7.† qui in plus probatione grauatũ, in probatis condemnandum duxit (quo iure hodie vtimur,vt id genus delicta, probatione tenùs puniantur,ſi modò delicti identitas eluceſcat, &
8 adeſſe conuincatur) † Varij variè hac in re trahun
9 tur: † Nonnulli detrahi hanc qualitatem, iudicio in pendulo exiſtente,& adhuc vegetante,vt & delicti probati condemnatio ſubſequatur, arbitrantur:ex l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxal.actio. verſicu.donec autem, &c.& in fin.Bart.d.conſil. ciij.in prin.quàmuis ſatis anxiè eò loci opinetur: quandiu enim lis vertitur, adhuc meſsis in herba
10 eſſe creditur.† An autẽ,quando,& quomodo detractioni aut additioni, inquiſitioni, & ſimilibus ſit locus,ſcitè aperit & enodat Angel.in verb. qui dominus Iudex vt ſuprà,nume.1.cum ſequẽ.(cuius ſcripta huc transferre,neceſſe non eſt,ne ex ſparſis aliorum velleribus,mihi videar politam vtcunque, velle texere & ordiri telam) vbi variè varij opinantur,alij de conteſtatione, de reſponſione cæteri,tertij de concluſione contendentes:pro huius reg.materia addatur hic Ang.eò loci trib.ver-
11 ſic.ſeq.num.4.cum ſequen.& num.8.vbi† de clauſula,Super quibus omnibus, &c. cuius vi omnia dubia euerti & eneruari videntur:faciunt pro huius

ius

ius reg.limitatione quæ ille ibi, nume.9.& 10.tradidit. Deguſtaui ſuprà, reg.iij. Alij eò ducuntur, vt qualitatem ſubſtãtialem (vt & tempus, & locum) negotium mutare opinantur: aliàs enim diei, aliàs noctis eſſe horas. Regulam autem non procedere
12 Bal.credidit, & eò coarctat, † ſi accuſator, omnem legis authoritatem, & auxiliũ implorasset, omni iure meliori, ſuper omnibus & ſingulis ius iuſtitiámque ſibi miniſtrari, expoſtulanda: tunc enim libellum ſuſtineri, & probatum delictum puniri, quòd videatur actor diſiunctim ſuper ſingulis accuſaſſe. Et ita hodie vtimur: ſed mira hæc forſitan non videbuntur, cùm quòd in criminalibus magis ſpecificè & ſolenniter ſit libellus cõcipiendus & proponendus: ex l.libellorum.ff.de accuſation. tùm reorum fauore: tritis legib. Arrianus. abſentem.& ſimilib. Etenim etſi diei & horæ ſpecifica expreſsio neceſſaria non videatur: d.l.libellorum.
13 † expreſſa tamen, nec probata, vel alia probata, negotij diuerſitatem arguit, vt veniat reus ea abſoluendus inſtantia, accuſatori alio in iudicio proſequendi, iure ſaluo: & d.l.libellorum. verſic.neque autem.& verſi.quòd ſi libelli, &c. niſi in eũm, quo ſuprà diximus, modum, cõceperit libellum: iuuat ca.nos ſi.§.item Daniel.ij.quęſt.vij.& Daniel.xiij. cap.& can.nihilominus.iij.quæſt.ix.& can.de pa-
14 rentela.xxxv.quæſt.vj. † Quod quibuſdam ita demùm arridet, ſi de actu non reiterabili, vt homicidio, verba fiant; c.qualiter & quando.le ij. vbi Innocen. extrà, de accuſatio. iuuat c.ſuper eo. extrà, de eo, qui cogn.conſang.vxo.ſuæ.& c.ij. extrà,

de

de purgatio.cano.Bartol.in l.ob carmen.§.teſtes. ff.de teſtib.cum ibi additis.& c.teſtes.§.fin.iij.q. ix.de hac reg.ſcitè olfacit Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.quoniam.nu.52.& §.& quia.num.2.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus crimen,cum qualitate eum exonerante,ea non probata,mitius ordinaria pœna plectitur.*
2 *Quinimò torturam euitat.*
3 *Condemnandus tamen venit:& nume.*4.
5 *Defenſioni neceſſitas addenda.*
6 *Rei defenſio,& non dolus, aliquando ex informationibus decerpitur,contrarijs doli coniecturis.*
7 *Deprehenſi in fornicatione, allegando matrimonium,pœnam non euolant:niſi,&c.& num.*8.
9 *Vim vi repellere licet,& quando,in perſo.rea.propria,coniunctorúmve defenſione:& nu.*13.*in fin.*
10 *Quæ reus in eius defenſionibus,habeat articulãda.*
11 *Arma euaginata,quando homicidam excuſent:&* 12.*& armorum delatio malum animum arguit.*
12 *Vindicta quando præſumatur.*
14 *Confeſſio qualificata,quî ſit acceptanda.*
15 *Reus vel confeſſus poteſt ſe defendere.*
16 *Reus debet probare ſuas defenſiones.*
17 *Confeſſioni rei ſtatur, ſed non qualitati denegatæ annexæ:& nume.*18.
19 *Cuius ſumptibus rei defenſiones ſint probandæ.*
20 *Via & methodus defenſionum extrahendarum, & probandarum.*
21 *Tunc demùm rei defenſionum probatio,quando ſine ipſarum*

ipſarum veritate inquiſita lis finiri nequit, admittitur.

22 *Non defenſionis cauſa, factum à reo homicidiũ præſumitur.*

REGVLA LXXVII.

1 VBicunque † de delicto non aliter, quã propria rei qualificata cõfeſsione, ad delictum alterandum, extenuandúmve, putà, ſi ad neceſſariam ſui defenſionem, quis ſcelus factum fateatur: nunquam id genus confeſsio, vera delicti pœna mulctanda eſt, nõ probata, putà, ea qualitate: ſingul. dictum Angeli in conſil. xxvij. quidam. volu. iij. quod velis equíſque inſequitur Abb. in c. auditis. colum. fi. de præſcript. Fely. in c. ſignificaſti. colum. penul. in fin. de homicid. Hyppol. in ſingu. clxxxj. confeſsio inquiſiti. Bald. in l. vnica. numer. 20. cum ſequenti. C. de confeſſ. vbi latè & doctè hunc articulum exami-
2 nat Thom. Ferra. cautel. v. † vt tunc demùm torturam euolet & euadat: in illa deliteſcit ſententia, Ange. in ſuo malefic. Tract. in verb. comparent inquiſiti. nume. 4. 5. & 9. vbi quid iuris, ſi & quando, negata qualitate, crimen reus faſſus dicatur. & an,
3 & quî is puniẽdus veniat, vel abſoluẽdus: & † quòd condemnandus veniat reus, idem Angelus eodem Tracta. in verb. qui dominus Iudex. vt ſuprà, num.
4 10. credidit. Quidam † tamen diſtinctione rem fucare & palliare, verborum probationi pedem figentes, elaborant, vt ſi quidem reus, vnitate vocis

L reſp

reſponderit,ſe nempè,ad neceſſariam ſui defenſionem,occidiſſe,non veniat tunc reus condemnandus:ſecùs ſi aduerſatiuè,putà,occidi,ſed ad neceſſariam mei defenſionem.Alij alia vtuntur phraſi, vt reus ſe occidiſſe neget,quòd ſi appareat,id iuſta de cauſa,aut non occidendi animo,factum dicat: & ſic de cæteris.Sed iudex,quò omne dubium exterminet, omnémque anxietatem extrudat, non connexa,ſed ſimplici reſponſione,reum reſpondere cogat,vt defenſio vim exceptionis & locum obtineat,quam reus, ſi in ſe pœnam irrepere nolit, habeat probare neceſſe. Bald. inſuper eò loci defenſionem proponi,aut per teſtes probari, nō ſuf-
5 ficere,† ſed neceſsitatem in homicidiis addendam
6 opinatur.Docet denique † hanc exceptionem,Iudicem,præſumptionibus & coniecturis dolo contrariis,ex informationibus exhaurire & eradicare aliquando poſſe,vt præſumptionibus & coniecturis contra dolum,probetur non dolus:Auguſt. apud Angel.eod.Tractat.in verb.& dictus Titius.
7 numer.14.Quòd † ſola hæc qualificata confeſsio non excuſet, iuuat quod dici ſolet de deprehenſis in fornicatione,etſi priùs initum matrimonium aduehant & adducāt,vt à pœna non eximantur:l, commiſſum.C. de adulter. Cæpol. cautel. xxxv.
8 numer.1.† niſi iuramento id fulciant. Idem caute.
9 xlij. & Bald.in l.vnica.nu.17.C.de confeſſ.† Vim autem vi repellere licere,conuincit l.vim vi.ff.de iuſti.&iur.vbi Bar.Soc.ſuis in Fallē.reg.ccccxliij. Quod intelligas velim,de proprio,nō de tertij facto:niſi cōiunctæ perſonæ ratione,aut ſocij reſpectu.

ctu.Socin.regu.ccccxliiij.loco præalleg.de defen-
ſionibus tam perſonæ,quàm rerũ,& tam ſuiipſius,
quàm aliorum,ſcitè & latè Angel.eius in malefi,
Tracta.& ibi paſsim Auguſt.in verb.& dictus Ti-
tius.à numer.1.ad fin.vſque illius verbi, maxi.nu-
mer.4.verſic.primis.& Albert.de Gandin.eius in
malefi.Tracta.titu.de defenſio.nume.1.& ſequen.
per totum.vbi ſcitè & latè addit Hyppol.de Mar
ſil.eius in Practic.§.diligenter.num.129.cum præ
ceden.vim paſſum agentem, reum fugientem, ne
illius iniuria remaneat impunita,icere poſſe: pu-
10 tà,ſi læſus accuſarit,& reus aufugeret.† Articulan
dum autem reo in eius defenſionibus,voluit,quòd
eò vſque erat reus coarctatus & deductus, vt ſaluo
honore,& ſalute,inſultum effugere,enatare, ac e-
uitare nequiret,quódque in vitæ diſcrimine erat
reus poſitus,nec aliter ſe tueri, aut euadere pote-
rat,quàm vi inimicum & hoſtem repellẽdo, & ſi-
11 milia.Ex eo autẽ ſolo,quòd † terror cum armis e-
uaginatis,ab aggreſſore,in actu percutiendi exiſtẽ
te,infertur,vitæ diſcrimen præſumitur (nam ar-
morum delatio,malum animum arguit: notat An
gel.Peruſin.poſt Bald.in l.vnica.in fin. vt armorũ
12 vſus inſcio Princip.interd.ſit.lib.xj.C.)quod † in-
tellige,ſiue antè,quàm reus iciatur, ſiue poſteà ad
euadenda alia vulnera: ſecùs enim eſſet vindicta:
hæc ſcitè Angel.in verb.& dictus Titius ſe defen-
13 dendo.nume.9.cum ſequen.Quòd autem † quis
ad ſui exanimans defenſionem, indiciis fultis, &
neceſsitate probata, excuſetur, videatur Bar.con
ſil.xvj.lib. conſil.ij. ex l.is,qui aggreſſorem. C.ad

legem Cornel.de ſycar. & l. ſiquis percuſſorem, cum l.ſequen.eod.tit.ſcitè Bonifac.de Vitell.eius in maleſ.Tract.tit.quis alium poſsit offendere, & vindict.face.per tot.vbi regulam cum limitationibus erigit:idem titu.de inſultu percuſsio.defin. & qui excuſa. Albertus de Gandin.eius in maleſ. Tracta.titu.de defenſio.à reo facien.per tot.& maximè nume.1.2.& 3.cum ſequen.vbi de perſonarum tuitione,& aliis numeris ſeq. vbi de reorum

14 defenſione.Eò autem ventum eſt,vt † hæc qualificata confeſsio,cum qualitate acceptanda veniat, non aliàs:text.gloſſ.Bartol.& alij in l.ſi quidem. C.de exception.Alexand.conſil.xx.nume.22.vol.

15 iiij.† Reis enim vel confeſsis,iuſtæ & legitimę defenſiones,abnegari ſolitæ non ſunt:l.ſi filius.§.ex-

16 ceptionibus.ff.de interrog.actio. vbi Bald.† Admiſſas autem reus,ſi earum auxilio,ſeſe munire & fulcire tentet,probare habet neceſſe:d.l.j.C.de

17 ſycar.l.ſi non conuitij.C.de iniur.† Confeſsioni enim rei,vt alibi diximus ſtatur:l.de ætate.ff.de

18 interrog.actio.† ſed non qualitati ei annexæ ac contextæ:l.exemplo.C.de probat.§.ſed hæc quidem.in Authen.de iureiur.à morient.præſtand.

19 col.v.† hanc autem qualitatem & defenſionem, probabit reus,ſi ſoluendo exiſtat,ſuis ſumptibus; ſin minùs,partis ciuilis:quòd ſi neuter id præſtare poſsit, ſolúſve adiit Fiſcus, id ipſius fiet ſumpti-

20 bus,vt alibi diximus.†hac autem incedi ſolet methodo, vt ex proceſſus corpore exhauriantur & extrahantur(vt Practici aiunt) breui charta,& teſtium reprobationes, & iuſtæ rei defenſiones, ac

ipſi

ipſi proponantur, ſi eas probare intendat, & quibus modis, inſtrumentis aut teſtibus: ſi inſtrumentis, ea deſignet: ſin teſtibus, eos ore proprio nominet, cum iuramento calumniæ: quo præſtito, de probationum ſumptibus, diſtãtiæ loci, ac teſtium numero, habita ratione, modo quo ſuprà diximus, agitur. Et hæc vera creduntur,
21 † ſi ſine harum rerum veritate expiſcanda & inquirenda, lis decidi definitiuè nequeat. De his defenſionibus, eſt cӕ qualiter & quando.le ij.§.debet. extrà, de accuſatio.& l.is, apud quem.cum ibi nota.C.de eden.in arg.in fin.iuncta ibi gloſſ. hanc huius regulæ confeſsionem, mortem haud expaueſcere, mordicùs tenuit Hypp.de Marſil.eius in Pract. §.poſtquàm.
22 nume.22.in fin.cum nume.ſeq. vbi † in reum, non defenſionis cauſa, factum præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Vera delicti pœna, incidenter facta confeſſio non punitur.*
2 *Falſi crimine dempto, vbi verè punitur reus.*
3 *Maximè confeſſione facta, & notorium adeſt, & ad condemnationem itur.*

REGVLA LXXVIII.

1 EX † criminis confeſsione, non principaliter, ſed incidenter facta, quis vera delicti pœna non punitur: Bartol.in l. i confeſſus.in fin.ff.de cuſtod. reorum.

Imol.in c.examinata.in fin.de iudic. Abb.in capi. j.in fin.de exceptio. Iaſ.in l.ſi duo. §.ſiquis.numer. 12.& l.ſed etſi.§.ſi cùm de hæreditate.numer. 7. de iureiurand.Hyppol.in l.j.colum.penulti. verſicul. & alia primùm.de quęſtionib.Cuius concluſionis
2 ſecundam partem,† in falſi crimine non procedere,quidam arbitrantur:Hyppolitus conſil.xlvj.vt etiam ex incidenti facta confeſsione,quis de falſo puniatur:Anchar.conſi.clxxij.circa primum. Decius in cap.at ſi Clerici.colum.ij.verſic. ſed iſta limitatio.de iudic. Hyppolit.in ſingul.lviij.vt di-
3 xi.† Principaliter verò,confeſsionem factam, & notorium inducere,& cõdemnationem adferre, Matth.de Afflict. deciſio. clxxvj. mordicùs tenet. De incidentali(vt ſic dicam)confeſsione nõ puerili,Hyppol.de Marſil.eius in Practi.§. conſtante. nume.49.

SVMMARIVM.

1 *Crimen in modum exceptionis obiectum etiam confeſſum,non punitur eadem inſtantia:& nu.2.*
3 *Excipiens ſe non inſcribit:niſi,& nu.23.*
4 *Infamiam exceptus non incurrit,nec punitur.*
5 *Exceptus,à teſtimonio repellitur.*
6 *Limitatur reg. ſi crimen exceptum,negotium principale concernat.*
7 *Alia additur regulæ limitatio.*
8 *Exceptum crimen non probans,non punitur.*
9 *Iuramentum metu vitæ extortum,non ligat.*
10 *In ciuili exceptum, probandum, aliàs excipiens punit*

punitur.

11 *Teſtium obiectiones probandæ,& in ciuili & in criminali cauſa.*

12 *Teſtes conuicti,quamuis non condemnati,repelluntur,& quando.& nu.13.& 14.*

15 *Reprobantur teſtes in criminalibus,in confrontatione & poſteà,ad ſententiam vſque:& quomodo,& nume.16.*

17 *In cauſa appellationis,videtur reus hac præſtare non poſſe.*

18 *Crimina excepta puniuntur,& quæ:& nu.23.*

19 *Crimina criminibus non compenſantur.*

20 *Hodie quî procedatur.*

21 *Crimina nulla debent remanere impunita.*

22 *Iudicis munus,crimina expiare.*

23 *Excipiens quando ſe inſcribat,& crimē exceptum puniatur eodem iudicio.*

REGVLA LXXIX.

1 CRimen † in modum exceptionis obiectum,vel confeſſum,non niſi noua punitur inſtantia:vt in reprobationis teſtis confeſsione.Ea autem ratio reddi-
2 tur,† quòd tunc demùm de ea re non agatur:gloſ. Sybilina ordin.in c.hæc quippè.gloſſ.j.iij.quæſt. vj.Phœniceus text.in ca.j.circa fin.Et ibi gloſſ.in verb.cæterùm.cum ſequen.& vlti.extrà,de exceptio.iuuat l.non omnis.ff.ſi certum petatur.Et ea
3 de cauſa,† excipiens,ſeſe non inſcribit:c.licet.de ſymon.extrà.diſtinctione rem depingit Angel.in

cius maleſi.Tracta.in verbo,comparent dicti inquiſiti.num.26.poſt Barto.in l.ſi cui.numer.3.ff.de accuſatio.& text.in c.ſuper his.de accuſationibus. extrà,vt hoc excipiendi modo, inſcriptioni ſit locus,ſi cùm ad repellendum, cùm ad puniendum crimen obiiciatur,non aliàs:dicã adhuc infrà, ea-
4 dem reg.in fine.† Infamiam inſuper exceptus,nõ incurrit,vt nec punitur : l.Lucius.in fin.ff.de his, qui notan.infa.& c.cum dilectus.§.fin.extrà,de ordi.cog.& c.ſuper eo.extrà,de teſtib. c.j.extrà, de exceptio.Ange.d.Tract.in verb.comparent dicti.
5 nume.30.Sed † exceptus à teſtimonio,vel accuſa-
6 tione repellitur:dictis Iurib.† Adde huic reg.modum,vt non procedat,ſi crimen obiectum, negotium principale inſpectet:text.in dicto c.j. in fine, de exceptio.ac ſi teſtis,falſi crimine accuſetur,aut vacillationis morbo laboraret:gloſſ.vlti.in d.c.j. de exceptio. tunc enim eodem modulo punietur & reus conuictus, & teſtis,eadémque ſententia, vel precedenti,maximè in ciuilibus criminalizatis,vt aiunt(quum criminalis præiudicet, & ſic ſit priùs diſcutienda) nedum hic à teſtimonio arcebitur:his addatur ca.iudicet iij.quæſt.vij.& ca.nihil iniquius.xxxij.quæſt.vj. & l.ſi vxor.§.Iudex.ff.
7 de adulter.& l.caſtitati.C.de adult.†Alia additur declaratio,ſi ciuiliter,non ſi extraordinariè principale crimen agitetur:vt tunc non pœna delicti ordinaria,ſed leuiori teſtis mulctetur : hoc innuit text.in dicto c.j.in fin.de exceptio.& dicto c.cùm
8 dilectus.in fin.extrà,de ordi.cog. † Exceptum denique crimen non ſtabiliens, haud punitur, quòd

cuique

cuique quauis via ſanguinem ſuum redimere liceat:l.j.ff.de bon.eor.qui mort.ſibi cõſc.& l.quòd
9 cum maior.ff.de bon.libert.Quinimò † iuramentum metu vitæ extortum, Eccleſia liberè condo-
10 nat:c.verùm.extrà,de iureiur. († In ciuilibus autem cauſis,cuilibet reprobationis capiti,propoſiti, nec probati, pœna vi ſtili, artic.xliij.indita eſt
11 hac in Sabaudia,vt & in Gallia) † Obiectiones autem teſtium,reo probare licitum eſt:id'que in criminalibus,cum factorum iuſtificatiuorum probatione:Phœnicea gloſſ.in c.j.extrà, de exceptio.in verb.per ſententiam, & in gloſſ.in verb.opponi. & in verb.expreſſè.in c.licet.extrà,de probation. & c.prudentia.§.ſexta. de offic.deleg.vbi gloſſ.in
12 verb.ex confeſsione. † quibus Iuribus (quod nec Scithæ iudicia tollit) in criminum cauſis, teſtes reprobati & conuicti,quàmuis non condemnati,
13 à teſtimonio extruduntur: † in ciuilibus autem non niſi condemnatus,& infamis effectus, à teſtimonio arcetur:d.gl.in c.j.de exceptio. & l.Athletas.§.calumniator. & §.vltimo.ff de his, qui not. infa.& l.furt.eod.notatur in l.quoniam.ſuper gl.
14 in verb.participes.C.de probation. † Quod procedit iuris Ciuilis,non item iuris Canonici inſpectione:ſiue enim ciuilis,ſiue criminalis proponatur actio, teſtem de crimine hoc iure conuictum eſſe ſufficit:Lynceus & luce clarior tex.in c.ſuper
15 eo.& in c.teſtimonium. extrà,de teſtib. † Reprobari autem hac in Sabaudia,in criminalibus cauſis,teſtes poſſunt, in confrontatione, vt aiunt, & etiam pòſt,ad ſententiam vſque,excluſiuè,ſi noua

ſuperuenerit reprobationis cauſa, cum iuramento nouæ notitiæ purgationis: idem in cauſis defenſionis, ſeu factis iuſtificatiuis: ſtil. ſuprem. Sena. clxxxj. in ciuilibus verò ante enqueſtę publicationem, & poſt ipſius productionem, reprobationes
16 admittuntur. Quo facto, † teſtes ore proprio nuncupare, quibus quæ dicta ſunt, reus comprobet, ha
17 bet neceſſe: idque intra triduum: † in cauſa autem appellationis, his videtur orbatus: ex verb. dicti ſti li, *excluſiuement iuſques à la ſentence*, &c. niſi forſitan Cancellariæ literis fultus: dicam infrà, regul. clxiiij. in fin. De huius regulæ pondere, dimicatur apud Albert. de Gandin. in eius malef. Tract. titu. quomodo cog. de malef. per tot. & Specul. titu. de criminib. in mod. except. propoſ. per tot. lib. xij.
18 Quòd autem † id genus crimina puniantur, eſt text. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & l. quoniam. C. de adulter. Lynceus text. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adulte. vbi adulterij vxoris propoſiti, Iudex de viri lenocinio excepto, & cognoſcit & iudicat: Ex
19 quo §. exhauriri videtur axioma huiuſmodi, † Crimina criminibus non compenſari, ſed omnia pu-
20 niri: † quod & hodie indies, & in falſis inſtrumentis, & in teſtibus, aut variis, aut alia ſimili labe ac macula inquinatis, videre eſt: nihil enim horum, ſiue ipſamet inſtantia, ſiue alia, viri fiſcales velarę
21 aut palliare, † ſed vnumquodque ſcelus, pœna donandum condigna, inſectari conſueuerunt, ne crimina, vel excepta, viros probos diu noctúque graſſantia, & penè exanimantia, impunita ſopiant & dormitent. Id autem præſtant, & naturæ inſtinctu

lact

lactati, ac pulſi,& quòd eorum muneri & officio Vlpian.in l.congruit.ff.de offic.Præſid.ineſſe autumet & credat.A' quibuſdam res hac diſtinctio-
23 ne & colore depingitur, vt † ſi crimen exceptum, accuſationem minuat, extenuétve, libellus ſeu inſcriptio haud expoſcatur, nec eo puniatur iudicio: ſin minùs, requiratur,& puniatur id genus crimen.

SVMMARIVM.

1 *Vel fatua fultus cauſa, mitiùs punitur.*

2 *Doli abſentia pœnam extenuat.*

3 *Superioris iuſſus, à dolo præſumpto excuſat.*

4 *Quantumuis contra conſcientiam.*

REGVLA LXXX.

1 Quælibet † cauſa quantumuis fatua, aut aliàs non iuſta, ita à dolo reum eximit & excuſat, vt pœnam ordinariam extonuet: textus Phœniceus in l.igitur.§.j.verſicu.& generaliter.ff.de libe.cauſ.l. plagij.la ij. C.ad legem Falcid.de plag. gloſſ.j.in fin.in l.ſatiſque planè.ff.de in ius vocand.in l.non poteſt dolo.ff.de regu.Iuris.Decius autem mordaci lotus aceto, ad limam vſque, conſil.clxx. viſo tenore.co-
2 lum.fin.† Sufficit enim calliditatem & dolum abeſſe, quò mitiùs cum reo agatur: peritiſſ.Bartol.in
3 l.inter omnes.§.rectè.nu.1.& 4.ff.de furt.† Hinc Superioris iuſſum à dolo præſumpto excuſare itū eſt.

eſt:Barto.conſil.xvj.nume.2.& 3.libro ij.conſilio.
4 idque,vel † ſi contra cōſcientiam Superioris iuſſum quis exequatur,vt vel à pœna excuſari credatur:vt ibi notat Angel.in eius maleſi.Tractatu, in verb.Sempronium.num.11.cum ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Fatua cauſa,& credulitas à dolo excuſat.*
2 *Ea tamen in reo non præſumitur,ſed euidentibus cōiecturis & indicijs eſt probanda.*

REGVLA LXXXI.

1 LIcet † quamlibet etiam fatuam,aliámve nō iuſtam cauſam,& credulitatem, à dolo & doli pœna,reum excuſare dixerimus:ſecundùm gloſſ.ordin. vlti.in l.plagij.la ij.C.ad legem Falcid.de plagea.& ſing. tex.in l.igitur.§.j.verſi.& generaliter.ff.de liberali
2 cauſa.† Ea tamē cauſa,aut credulitas in delinquēte non præſumitur,niſi vehemētibus præſumptionibus,& coniecturis, comprobetur:Bart. phœniceè in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.Angel. in l. ſed etſi.§.ſcire.ff.de petitione hæredi.Aret. conſil. lxxx.ſicut decet.col.j.volu.j.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis nunquàm imponitur,niſi dolo crimen commiſſum dicatur.*

Lata

2 *Lata culpa in pœnis corporalibus, dolo non æquiparatur.*
3 *Nec infamiam irrogat.*
4 *Baldi quoad culpa punitionem, diſtinctio.*
5 *Non dolus, quî probetur, vt & non occidendi animus: & num, 8.*
6 *Indicia, animum non occidendi arguentia.*
7 *Indicia, animum occidendi arguentia.*
9 *Occidendi animus præſumitur in reo: niſi, &c.*
10 *Vix mors infertur, niſi dolus arguatur.*
11 *Quî dolus à culpa diſcrepet: & nu. 12.*
13 *Culpa duplex.*

REGVLA LXXXII.

1 VBicunque† de pœna corporis afflictiua, digladiatur, commiſſum crimen dolo eſſe oportet, ſine quo, id genus pœnam nunquàm imponi itum eſt:
2 hinc elicitur,† in huiuſmodi criminibus, latâ culpam, dolo non æquipollere, nec comparari: tex. in l. lege Cornelia. ff. ad legem Corneliam. de ſycar. gloſſ. in verb. non etiam. circa med. & Docto. in l. in actionibus. ff. de in litem iurand. gloſſ. ij. in l. is, qui cum telo. C. de ſycar. Azo in Summa, eod. titu. Bartol. in l. quod ner. nume. 20. cum ſequen. ff. depoſi. & in l. j. §. j. ff. ſi quis teſtamen. lib. eſſe iuſ. fuer. iuuat. l. reſpiciendum. ff. de pœnis. Guid. Pap. deciſio. cccxlvj. numer. 2. Angel. in eius malefi. Tract. in verbo ſcienter & doloſè. numer. 1. cum ſequent.
3 Et ita † hic in pœna, dolo nō æquiparatur, vt nec infam

infamiam irrogat:d.glo.in l.in actionibus.& Bar.
4 in dicta l.quod ner.† Bald.tamen in dicta l.data opera.nume.4.& 5.latam culpam, quæ in faciendo conſiſtat,corporali pœna affligi & vexari videtur velle,mitiùs licet.Eam verò quæ in omittēdo
5 ſit,non item.† Quî non dolus,vt nec occidendi animus,probetur,innuit glo.in l.j.C.ad legem Corne.de ſyca.& alibi diximus:& econtrà,quî dolus,& occidendi animus,conuincatur,extat l.j.§. diuus.ff.de ſycar.& ibi gloſ.& Barto.& l.j.& iij.C. eod.& gloſſ.in c.ſignificaſti.de homicid.extrà.his addatur l.j.C.vnde vi.& c.vt famæ.§.vltim.de ſententia excommunicat.& ca.non inferendæ.xxiij.
6 quæſt.iij.†Non occidendi animum, arguit amici-
7 tia,affinitas,conſanguinitas,& aliud ſimile.†Animum verò occidēdi,locus vulneris,gladij genus,
8 ſpecies ictus,& ſimile.† De homicidio, culpa,aut negligentia perpetrato,deguſtat Albert.de Gandin.eius in maleſi.Tracta.titu.de homicid.& eorū pœnis.nume.19.cum ſequen.vbi de doli,culpæ,& ſimilium præſumptionibus,quíque probentur,&
9 nume.vlti.vbi † in reum occidendi animus præſumitur,niſi in contrarium edoceat, vt ille ait: quòd dolus præſumatur in omni actu prohibito: Socin.in ſuis Fallen.regu.xciiij.Bart. conſil.xlij.libro ij.cōſi.Hinc infertur,latam culpam,mortem abhorrere,nec morte puniri:Barto.in l.j.§.j.ſiquis
10 teſta.lib eſſe iuſſ.fuer.† mors enim,vix abſque dolo & calliditate infligitur.Non deſunt tamen qui eò rem deducant,vt dolum à culpa diſcrepare cre
11 diderint,† quòd dolus committendo,culpa omittendo

tendo irrepat:& in eo murus aheneus ſunt:l.tutor qui repertorium.ff.de adminiſtratione tutor.quo
12 fit,vt † voluntatem actiuam dolus,paſsiuam verò culpa arguat: l.Metiodorum. ff.de pœnis.l.Iulianus.in princip.ff.de actio.empt.l.ſi ſterilis.§. cùm per venditorem.eodem titu.ſed ſuprà,hac eadem
13 regula,numer.4.†duplicem,aliam nempè quæ in faciẽdo,& quæ in omittendo alteram,culpam latam,ex Bald.ſententia,diximus & depinximus.

SVMMARIVM.

1 *Lex aut ſtatutum,de pœna corporali verba faciẽs. de dolo intelligitur.*
2 *Culpa pœnam corporalem abhorret.*
3 *De homicidio,dolo,culpa,caſu,& omni alio genere commiſſo.*

REGVLA LXXXIII.

1 OMnis † lex, aut ſtatutum, corporalem indens pœnam, de crimine, dolo, non culpa perpetrato, quantumuis cauſato, interpretationem ſuſcipit:Barto.in l.j.§.j.verſicu. non autem.nume.?.ff.ſiquis,teſta.lib.eſſe. Bald.in l.data opera.numer.5.6.& 7.C.de his,qui accuſa. non poſſunt.Bald.& Salicet.in l.ij.C.de noxalib. actio.l.in lege Cornelia.ff.de ſycariis. Cæpol.in conſil.xxxiiij.ſi vnquàm.colum.vj.in fin.verſicul. & ideo dixit.Decius in conſi.cccclxxxiiij.pro reſolutione.colum.penul.Hyppol.in conſilio lxvij. verſicu.exiſtentibus.Ratio ex præceden.regul.dependet,

2 pendet, quòd † culpa corporalem pœnam abhorreat, & abominetur, nec vnquàm eam hac pœna metiamur: de his ſcitè & quaſi Babylonio campo, Angel. in eius maleſi. Tractat. in verbo ſcienter &
3 doloſè. numer. 4. & 5. vbi † de delicto, lata, leui, leuiſsima culpa, aut caſu, & impetu commiſſo, & quòd extraordinaria via id genus ſcelus mitiùs ac leuiùs mulctetur. de huius regul. fimbriis tangit Bald. & Salic. in l. ſi ſeruus. de noxalib. Felyn. in c. lator. de homicid. pulchrè & ſcitè Bart. Cæpo. cautel. ij. nume. 12. 13. & 14.

SVMMARIVM.

1 *Parens liberos occidens, an & quando teneatur.*
2 *Pœna huius delicti, maior homicidio.*
3 *Huius occiſi ſucceſſio, ad proximiorẽ defertur, Fiſco applicanda.*
4 *In contrarium quibuſdam videtur.*

REGVLA LXXXIIII.

1 Pater † matérve filium dolo, culpa, caſu, aliáve via, exanimans, qua pœna plectatur, ſcitè aperit & enodat gloſſ. in c. vltimo. extrà, de his, qui filios occider. gloſſ. mag. in verb. ſine pœna. Lynceus text. in ca.
2 conſuluiſti. ij. quæſt. v. † Etenim dolus hic, homicidio ſimplici maiorem meretur pœnam, & cruciatum: culpa verò, vt minor diligentia, quàm par ſit, minorem, vt & caſus: iuuat quod de parricidio ſcriptum

ſcriptum legitur in §.alia deindè lex.Inſtit.de public. iudic. cum aliis eiuſdem generis & farinæ.
3 †Quoad autem huius defuncti ſucceſsionem, ea proximo, vel occiſori deferri creditur, Fiſco tandem addicenda & applicanda, occiſoris loco: Bal. in l.eam, quam.nume.10. C.de fideicommiſſ. Cæpol.cautel.lxij.†Contraria quibuſdam verior vi-
4 detur opinio, vt ab occiſore, proximiores admittantur. De correctionibus, & quibus liceant, & quantæ, regu.lxxiij. vtcunque deguſtauimus: & de hac etiam reg.lxix.nume.3. huius regulæ materia delibatur in l.diuus.ff.ad leg.Pōpe.de parricidiis.

SVMMARIVM.

1 *Poculum amoris, ſterilitatis, abortioniſve, dans, quando, & qua pœna teneatur.*
2 *Id'que ſiue mulier, ſiue venter hinc pereat.*
3 *Cantharidis, & aliys medicamentis ad conceptionem inſtigantibus, quis mori poteſt.*
4 *Punitur mulier vim abortiuam ſibi medicamentis adferens, & qua pœna: & nume.5. & 6.*
6 *Anima ante quadrageſimam conceptionis diem, non creditur inſtillata in maſculis.*
7 *In muliere verò in octuageſimo.*
8 *Ideo citiùs mulier pubeſcit, quòd celeriùs intereat.*
9 *Hominis ætatis genera plura.*
10 *Venenum habens, & ad dandum tenens, quàmuis non dederit, quî teneatur, remiſſiuè.*

REGVLA LXXXV.

1 POculum † ſterilitatis, amoris, abortioniſve, mulieri ſciens, præbens, homicidij vtplurimùm, & maxime in partu viuificato, & anima decorato,
2 ſecùs exilij nomine tenetur: quod † intellige, ſiue mulier ipſa, ſiue venter hinc pereat: quod, & quãdo procedat, extat Lynceus text. in c. ſi aliquis. & c. ſicut & el ij. extrà, de homicid. ca. quod verò. & c. Moyſes. xxxij. quæſt. ij. & c. conſuluiſti. ij. quæſt. v. gloſſ. in d. c. ſicut. in verb. viuificatus. hac prætacta phraſi iura concilians: Ciuiliſt. in l. ſiquis aliquid. §. qui abortionis. & l. Cicero. ff. de pœnis. & l. iij. §.
3 adiectio. verſic. ſed & id, & c. vbi † de cãtharidis & ſimilibus, & de medicamento ad conceptionem morti annexo & contexto, Bartol. in l. diuus. ff. de
4 extraord. crimin. † Eodem animati, modulo, trutinari ac penſitari ea creditur, quæ abortionis ergò, vim ſibi intulerit: l. ſi mulierem. ff. de ſycar. & d. l. Cicero. ij. reſpon. & d. l. diuus. ff. de extraordin. crimin. vbi ſcitè Bart. & alij: l. penult. C. de ſycar.
5 † Vt ſi pecuniæ nomine, vel inanimatum ſuffocarit, capitis ſupplitio plectatur: præalleg. Iurib. &
6 maxi. d. l. Cicero. † Animam autem non inſtillatam, ante quadraginta dies à conceptione, crebriùs itum eſt: gloſſ. in d. l. diuus. vbi Bartol. quod nonnullis verum in maſculis, non item in fœmina vi-
7 detur, † in qua in octuageſimo à conceptione, die inſtillari & immitti ea creditur; hæc ſcitè docet, & in eo multus eſt Petr. Iacob. in eius Pract. titu.
de

de generatio.& Chaſſan.in Conſuetud. Burgund. in rubr. *des iuſtices*.verſic.*& droicts*.numero 24.& tit *des enfans de pluſieurs licts*.§.iiij.verſic. *en aage*
8 *ſuffiſant*.num.1;.& 14 vbi † ideo fœminam citiùs pubeſcere, quòd maturiùs ſeneſcat, & intereat,
9 autumat.†De hominis ætatis generibus, continuè idem Chaſſan.d.verſic. *en aage ſuffiſant*. nume.15. ad finem vſque. De huius regu.materia, guttulam cuique decerpere licet, & ſuos irrigare hortulos, ex Angel.in eius malef. Tract. in verb.& ex interuallo.verſic.quid ſiquis.nume.10.cum ſequen.vbi
10 Auguſt. Ariminen.& nu.16.vbi † de veneno non dato, ſed ad dandum tento, & præparato.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo à pœna temporali reum eximit, ſed non à gehennali.*

2 *Iura vel Canonica, conſuetudines vel pernicioſas non damnant.*

3 *Conſuetudo in his, quæ ſunt iuris poſitiui, ſuſtinetur, non ſi naturæ fontibus repugnet.*

4 *Conſuetudo contra rationem, non eſt conſuetudo.*

5 *Vi conſuetudinis, homicida ab homicidij pœna excuſatur.*

REGVLA LXXXVI.

1 Conſuetudo † quantumuis exorbitans, & à ratione aliena, à pœna quidem tēporali delinquentem, non à gehennali & Diuina eximit: tex. in fin. cum gl.

in c.cùm venerabilis.& ibi Abb.de conſuetu.tex. in verſi.& ideo,&c.cum gloſ.in verb. conſuetudine.in fin.verbis.in capi. denique.iiij.diſtinctione, Angel.in l.his verbis.§.j.de hæredib.inſtit.Iaſ.in l. iij.§.iurari.colum.penul.& fin.num.16.de iureiur. Roma.in conſilio cccclxvj.videtur prima fronte, Pet.Gerald.in ſingul.lxxxiij.tene menti,gloſſ.penulti.in c.ij.extrà,de tempo.ordin.& ibi tex.in fi.
2 iuuat text.in ca.obiiciuntur.xxxij.quæſt.iiij.† quibus iuribus,etiam Canonicis,pernicioſę & exterminandæ conſuetudines, hoc in ſeculo neminem puniunt.Alij ea iura,alio beant & donant intellectu,
3 putà,vt † in his,quæ in iuris poſitiui authoritate deliteſcunt, hæc ſedem & locum habeant. In his verò quæ à iure naturæ fontibus, fluxerunt, nõ item.gloſſ.vlti.in fin.in dicto cap.ij.de tempo.ord.
4 quaſi † hi velint, non eſſe eam conſuetudinem, tanto nomine dignam,quæ naturam eneruare & euertere tentet,quũ ea ſuapte natura iuris habeat vigorem: §.ex non ſcripto.Inſtitut.de iure natur. Gent.& Ciuil.l.de quibus.cum duabus ſequenti.ff.
5 de legib.† Excuſari ab homicidij pœna,homicidã conſuetudinis vi & prętextu,pedibus manibúſque it Auguſt.apud Angel.eius in maleſi. Tractatu,in verb.& ex interuallo,numer.8. alleg. Petr.de Anchar.in conſi,cclxxxv.ita conſuluiſſe, & iuuenem homicidam,qui alium in conflictu & ciuili exercitio(vt fit Auenioni, *à La Raſſa.*)liberaſſe,ob loci conſuetudinem. Hanc eandem ſententiam tenuit Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§. quoniam. numer.97.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Statutum non valet, pro homicidio pecuniariam vel aliam leuem indens pœnam.*

2 *Homines pœna leuitate, ad delinquendum prõptiores ſunt.*

3 *Iure Diuino, omnis homicida morte moritur.*

4 *Ius Diuinum, Ciuili non mutatur.*

REGVLA LXXXVII.

1 NOn † ſuſtinetur ſtatutum, pro homicidio, alióve enormi crimine pecuniariam, aut aliam leuẽ, & tenuem indẽs ac imponens pœnam: hanc communem refert Felyn. in Rubr. extrà, de homicid. huic regulæ pondus & robur additur ab euentu, quòd
2 † homines hac leuitate lactati, ad delictum promptiores & audaciores volitent & curſitent: hæc ratio aliam habet ſororem annexam & contextam, nimirùm, quòd † legi Diuinæ, qua mors infligi
3
4 gi ſolita eſt, repugnet: † quam tamen legem nullo ſtatuto mutari, vt nec abrogari poſſe, ignorat nemo: Geneſ. ix. & Exod. xxj. c. fin. ne Cleric. vel monach. Hoſtien. in c. fin. de conſuetud. text. cum gloſ. ij. in dicto c. vlti. de conſuetud. extrá.

SVMMARIVM.

1 *Quotiès ex iuſta cauſa, à vera delicti pœna, deflectitur, nunquàm corporis afflictiua imponitur.*

2 *Pœna corporis afflictiua quæ ſit.*
3 *Iuſta cauſa facit, vt mitiùs cum reo agatur.*

REGVLA LXXXVIII.

1 Q Votieſcunque † ex aliqua iuſta cauſa, à vera & delicti ordinaria pœna deflectitur, receditúrque, nunquàm cor-
2 poris afflictiua, id eſt, † quæ vel totum corpus exterminet, vel ipſius partem extirpet, pœna ſubmittitur, ſubrogatúrve: Phœniceus text. in l. ſi adulterium. §. Imperatores. verſicu. ſufficit igitur. ff. de adulter. & l. j. §. fin. ibi, Et humiliori. ff. de ſycar. l. lex Iulia. §. vlt. ibi, Vel certè. ff. ad legem Iuliam repetund. Hyppoli. in l. j. colum. viij. C. de ſy-
3 car. † Id enim iuſta cauſa operatur, vt & mitiùs incedatur, & leuiùs crimen huiuſmodi puniatur.

SVMMARIVM.

1 *In pœnalibus, à minori ad maius, negatiuè arguitur.*
2 *Minori pœna ſublata, & maior creditur.*
3 *In Iure, & criminibus, iura Philoſophis non poſtponenda.*

REGVLA LXXXIX.

1 I N pœnalibus † à minori ad maius, negatiuè arguere, licitum fertur: quo fit,
2 vt † minori pœna cōdonata, maior extrudatur, nec infligi queat: Phœnicea l.

capit

capitalium.§.& vt generaliter.verſic.eſt enim inconſtans,&c.ff.de pœnis.vbi eſt luce clarior text.
5 † quicquid communis Philoſophorum opinio in cõtrarium ſtatuat, quotũ regula,nullum Ius ſubiugari,vt nec eam anteire, & maximè in criminum coërcionibus,nemo neſcit. Solet autem Philoſophi argumentari, à maiori ad minus, negatiuè:Rex non poteſt,ergo nec Dux: & à minori ad maius,affirmatiuè: hoc Dux poteſt,ergo & Rex. Deguſtaui meo in legitimatum Tractatu, articu. xiiij.numero 21.

SVMMARIVM.

1 *In pœnalibus etiam ex maioritate rationis, extenſio non fit.*
2 *Fauor reorum maximus.*

REGVLA XC.

1 Egulariter † in pœnalibus, vel ex maioritate rationis, extenſio non fit: l.ſi præſes.& l.interpretatione. ff. de pœnis.c.odia.vbi Ioan.And.de regu.Iur. in vj.gloſſ.in verb.Italiæ.in c.j.de tempo. ord. in vj.Bald.in l.j.C.de interd.Iaſ.in l.cum quidam. nume.24.cum præced & ſeq.vbi communem regulam aſſerit.ff.de liber.& poſthum. Alexand.con
2 ſil.cxiij.viſo.in fine. vol.ij. Id'que † fauore, ni fallor,reorum qui maximus eſt,vt alibi diximus:ſcitè Hyppol.de Marſil.eius in Practi.§.diligenter.

M 4 nu.

nume.130.& §.aggredior.nume.59.& §.quoniam aggredior.nume.65.& ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Qui contra legem, ordinaria pœna deſtitutam, aliquid facit, extraordinaria plectitur pœna.*

REGVLA XCI.

1 FAciens † aliquid contra prohibitionem legis, certa pœna haud donatæ, extraordinaria pœna, Iudicis arbitrio plectitur: ſing. gloſſ. in verb. diſtrahát. in fin. in l. nemo martyres. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Pœna extraordinaria corpus non attingit.*

REGVLA XCII.

1 EXtraordinaria † pœna, Iudicis arbitrio relicta, ad corpus nũquàm extendit alas: ſcrib. in c. qualiter & quando. & c. inquiſitionis. extrà, de accuſat. Guid. Pap. ſing. dccxciij.

SVMMARIVM.

1 *In pari delicto, mitiùs honeſtiores vilioribus puniuntur: quod an in corpore, pecunia vel quoad animam*

nam,intelligatur,nume.4.& 5.

2 *Humana à Diuina iuſtitia differt:& num.3.*

5 *Viliores ſemper acriùs puniuntur.*

6 *Honeſtior grauiùs delinquit,re,& exemplo:& 9.*

7 *Hinc grauiùs honeſtior perſona, venit punienda, & quomodo:& nume.8.*

9 *Quare honeſtiorum perſonarum grauius ſit peccatum.*

REGVLA XCIII.

1 IN † pari delicto crebriùs honeſtiores perſonas,mitiùs,quàm viliores,puniri itum eſt: iuxta illud, Dat veniam
2 coruis,vexat cēſura columbas: † quo humana hæc,à Diuina diſsidet diſcrepátque iuſti-
3 tia: † hæc enim perſonarum acceptionem, tùm abhorret,tùm execratur & exterminat:in l.j.§.fi. in fin.ibi, Et humiliori loco. ff.de ſycar.l.ſacrilegij.§.cæterùm. ibi, Aut ſi honeſtiore. ff.ad legem Iul.pecu.l.ſiquis aliquid. la ij.§.qui abortionis. ibi,Humiliores,& l.capitalium.§.non omnes.ver ſi.honeſtiores verò.& §.famoſos.ibi,Maiores,&c. ff.de pœnis.l.vltima.in fin. ibi, Si humiliore.ff.de incend.rui.& §.item lex Cornelia de falſis. Inſtit. de public.iud.§.pœna autem.verſi. nam ſecūdum gradum.Inſtitut.de iniur.l.aut facta.§.perſona.ff.
4 de pœnis. † hanc autem reg.quidam de corporali, non item de pecuniaria aut ſpirituali pœna enucleant:vt in his,honeſtiores perſonæ, grauiùs & duriùs vexentur:videtur Phœniceus tex.cum Lyn

cea gloſſ.vlti.in c.qui contra.xxiiij.quæſt.j. Non
5 deſunt,qui ideo † quintæ claſsis,& tenuioris fortu
næ homines,acriùs puniri ſemper opinētur,quod
in ſubſidium pœna corporalis indatur inſtilletúr-
que:hoc recēlet dicta gloſſ.vlt.in vltimis verbis.
6 in d.c.qui contra.† Grauiùs honeſtiorem delin-
quere,videtur probare text.cum gloſſ.mag.in c.
7 homo Chriſtianus.xl.diſtinc.vnde † grauiore pœ
na hunc dignum, text.ait,in c.quia iuxta.verſicu.
Presbyteri.v.quæſt.vj.his addatur Phœniceus tex.
in l.quædam delicta.ff.de pœnis.& in l.Presbyte-
ri.C.de Epiſco.& Cler.Bald.diſtinctione(nec in
lente vnguentum) regulam hanc enucleat & de-
8 corat,vt † ſi dignitate crimen augeatur,ea nō pro-
cedat:aliàs ſic,maximè in corporali pœna,qua te-
nuioris fortunæ homines, ditiores verò pecunia-
ria maiori plectūtur:has depingit & adfert decla-
rationes,in c.j.§.ſiquis verò temerario. nume.1.de
pace iura.fir.in vſib.feud.pro hac adducatur text.
in c.cum quidam.de iureiur extrà. Barbat.latè in
c.qualiter & quando.de probatio.& ibi glo.mag.
9 in fi.in verb.dignitate: † hi enim plùs ferè exēplo
peccant,quàm re,vt Ciceroni in libris de Legib.
viſum eſt: Etenim inter Chriſtianos, hi & re &
exēplo (qui omnium ferè ſubiiciuntur oculis, &
aſpectui,& quorum facta omnibus liqueſcunt, &
innoteſcunt, quòd maioris ſint ponderis, & rara
quæ pulchra) delinquunt: quod in quintæ claſsis
hominibus,& æquo pauperioribus,à nemine cir-
cunſpectis,haud accidit:hęc pondus & robur acci
pient ex l.quædam delicta.ff.de pœnis.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Ex iuſta cauſa poteſt pœna ordinaria, nedum extraordinaria mutari: & nume.7.& 8.*
2 *Augetur duplici de cauſa.*
3 *Minuitur, ob ſenectam, iuuentam, debilitatem, dignitatem, & ignorantiam: & nume.4.*
5 *Ob factionem inconſultam, mitiùs agitur.*
6 *Hodie an omnes pœnæ ſint arbitrariæ.*
8 *Cauſa hac rationabilis, debet in ſententia exprimi.*
9 *Condemnati pœna in leuiorem, Reipub. cauſa, mutari poteſt.*
10 *De qualitatibus, & aggrauantibus, & extenuantibus, & quæ probatione egeant, quæ've ineſſe præſumantur.*
11 *Iudex, ſine iuſta cauſa, aliam ab ordinaria, pœnam indens, punitur.*

REGVLA XCIIII.

1 EX † iuſta cauſa, Iudex tùm augere, tùm minuere ordinariam delicti pœnam poteſt: Phœnicea deciſ. Guidon. Pap. deciſ.
2 xxvj. numer. 1. & 2. † Augeri autem bina de cauſa, fertur pœna, ob criminis, &, putà, atrocitatem, & frequentiam: l. quædam. ff. de pœnis. Cardin. in Clemen. j. §. quæ omnia. & ibi gloſſ. de pœ-
3 nis. † Minui inſuper pluribus creditur: vt ob perſonæ delinquentis conditionem, quod iuuenis, ſenex, in dignitatéve cõſtitutus: l. auxilium. §. j. ff. de minoribus. l. ij. ff. de termi. mot. ſcitè Cæpo. caute.

ij. nu

ij.numer.15.cum ibi notat.& adduc.l.aut facta. §.
4 perſona.ff.de pœnis.† Inſuper minuitur ob delinquentis ignorantiam:dicta l.ij.ff.de termi.mot. &
5 l.j.§.j.ff.de ſycar. & l.j.C. eodem. Additur, vt † ob factionem inconſultam,mitiùs agatur,velut ſi dolore repentino,in crimen quis præceps cadat, & irrepat:l.abſentem.in fin.ff.de pœnis. & dicta l.j. in fin.C.de ſycar.quibus illectus idem Guid. Pap.
6 Deciſ.præalleg.in eam iuit ſententiam,vt † hodie omnes pœnas arbitrarias crediderit: iuxta l.hodie.ff.de pœnis.Huius regulæ fons & origo, ex dicta l.aut facta.per totum.ff.de pœnis.ortũ habuiſſe & fluxiſſe videtur,quàm hac in re videas omninò,quæſo.De hac legalis pœnæ mutatione, & alteratione guſtum ſenit Socin.in ſuis Fallentiis,regul.ccxciij.& do.Guid.in eius maleſ.Tractat.titul.
7 vtrum pœna poſsit augeri,vbi † ordinariam, nedum extraordinariam pœnam augmento ac diminutione mutari poſſe,credidit:de hac re, Angelus eius in maleſ.Tracta.in verb.quas ſi non ſoluerit. verſicu.quid autem.numer.10.& 11.& Auguſt.ibi.
8 & nume.13.cum ſequen.vbi ſcitè & latè:idque † ex cauſa rationabili,in ſententia tamen exprimẽda: idem Ange.in verb.& quia nobis conſtat numero 12.cuius omiſsio,ſententiam non vitiat:vt ibi nu-
9 mer.3.† Condemnati inſuper, pœnam, in aliam Reipublicæ vtilem(quòd bene perdatur plumbũ, quum illud vertitur in aurum) publico fauore, mutari poſſe,mordicùs tenet do.de Ripa in Trac. de peſte.in parte remed.peſtis.fol.39. verſicul.ſed ſuboritur.in ſecunda pagin. numer.114.tangetur

infrà

10 infrà, regul.cxxxvij.† De qualitatibus cùm aggrauantibus, tùm delicti pœnam extenuãtibus, quæque probationis pondere indigeât, & quæ ineſſe credantur, ſcitè aperit & enucleat Bartol.conſilio xlij.libr.ij.conſil.& Socin.in ſuis Fallentiis, regul.
11 xciiij.† De pœna Iudicis, aliam à legali pœna, ſine iuſta cauſa, indentis, remiſsiuè, Dyn.in capit.odia. de regu.Iuris. De hac regula, tangam infrà, regula cxxxvij. & qui has, & id genus alias qualitates, haud proficere aſſerunt, Scithæ iudicia tollũt, bonum & iniquum confundunt. de hac regula, Hyppol.de Marſil.eius in Practica.§.conſtante. nu.34.

SVMMARIVM.

1 *Quando via inquiſitionis proceditur, mutationi pœna locus eſſe poteſt.*
2 *Secùs ſi accuſationis via eatur.*

REGVLA XCV.

1 QVotieſcunque † Iudex ex officio, per inquiſitionis viam, contra reum aliquem incedit, pœnam legalem & ordinariam, mutare, vel extenuare poſſe fertur. gloſ.penul.& ibi communiter Docto.in l.quid ergo.§.pœna.in verbo oneraſſet. ff.de his,
2 qui notãtur infamia.† Secùs creditur, ſi accuſationis via gradiatur & procedat Iudex: Hoſtien. in c. in Archiepiſcopatu.de rapto. Decius in capitul.at ſi Clerici.§.j.colum.j.de iudic. Hyppol.in ſingula.

ccccxxiiij.inquiſitio.

SVMMARIVM.

1 *Proditorius actus, inter ſcelera, eſt crimen deteſtabilius.*

2 *Proditor, Eccleſiæ priuilegijs non gaudet.*

3 *Proditoriè bannitum vita eximens, punitur.*

4 *Vti proditione nihil ſceleſtius, ita grauiſſimam ea pœnam meretur.*

REGVLA XCVI.

1 PRoditorius † actus, tùm deteſtabilis inter cæteros, cùm à cõmunibus regu
2 lis exemptus, legitur. Hinc † aliquem proditoriè exanimans & occidens, Eccleſiæ priuilegio exuitur, eóque gaudere non poteſt: cap. j. de homicid. in vj. c. inter alia. de immunitate Eccle. can. ſiquis contumax. & can. diſiniuit. xvij. quæſt. iiij. Hinc etiã elicitur & exhau-
3 ritur, quòd † bannitum proditoriè vita exuens, quantumuis ſtatuto hunc occidendi fas ſit, pœna tamen homicidæ ordinaria, odio proditionis affligatur: Angel. in l. vlti. per illum text. de delatorib. lib. x. C. Cæpo. conſil. xxxiiij. ſi vnquàm eſt. & conſil. xxxiij. plura ſunt. colum. ij. Hyppol. ſingula. xvj.
4 proditores. vnde † grauiſsima pœna, proditor plectendus venit, quòd proditione nihil ſit execrabilius & deteſtabilius: in quo omnis, murus aheneus eſt.

SVM

SVMMARIVM.

1 *In grauibus delictis, rei illicitæ dans operam etiam de ſubſecutis ſceleribus & damnis, tenetur.*
2 *Id que quodcunque crimen aut damnum ſubſequatur.*
3 *Author tumultus, de homicidio illic vel ab alio cōmiſſo, tenetur.*

REGVLA XCVII.

1 IN † grauibus delictis rei illicitæ dans operam de delicto ſubſecuto, nedū propoſito, & deliberato, punitur: Phœniceus text. in l. quoniam multa. C. ad legem Iul. de vi public. l. ſiquis aliquid. §. abortionis. de pœnis. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſiquis inſulam. ad legem Aquiliam. l. qui ſaccum. de furtis. cap. fin. de homicid. in vj. Barto. in l. diuus. colum. vlti. vbi latè & doctè de ſycar. Areti. in conſil. xxxiiij. viſo.
2 in fin. † tunc enim qui deliquit, non ſolùm de eo, quod decreuerat & propoſuerat facere, verùm etiam de delictis & damnis inde ſubſecutis, tenetur: ſiue homicidium, ſiue aliud crimen ſit & dam-
3 num quod ſubſequatur; dictis Iurib. hinc † authorem tumultus, homicidij alieni pœnas dare creditur: d. l. quoniā multa facinora. Tangetur reg. ciiij.

SVMMARIVM.

1 *In atrocioribus agentes, conſentientes, auxiliúmve*

præſt

præſtantes,pari pœna plectuntur.

2 *In leuioribus,mitiùs cum illis agitur.*

3 *Sola ſcientia, non æquè punitur noſtra in regula: niſi, &c.*

4 *Ignorantia præſumitur:niſi,&c.*

REGVLA XCVIII.

1 IN † delictis atrocioribus agentes,conſentientes,auxiliúmve præſtantes,eodem modulo trutinãtur,parique ſupplitio mulctantur & puniuntur: tex. in l.iubemus.la ij.§.ſanè.C.de ſacroſanct.Eccleſ. l.vtrùm.iuncta notab.gloſſ.penult.ff.ad leg.Pompe.de parricid.l.j.iuncta ſingu.gloſſ.j.de recepta.l. diuus.de iure Fiſci.l.iij.de ſyca.l.j.C.de falſ.moneta.c.j.de offic.deleg.vbi ſingul.gloſſ.ij. c.ſicut dignum.§.j.de homicid. §.alia deindè.ibi,Nécnon is,cuius dolo.Inſtitut.de public.iud.& §.item lex Iulia de vi.ibi,Tunc & peccatores, eod.&c.Hyp-
2 pol.in ſing.clxxxj.mandans.Quàmuis † in leuioribus ſecùs videatur, in quibus conſentientes leuiùs & mitiùs puniuntur:latè & Babylonio campo Hyppol.in l.is, qui cum telo.C.de ſycar.l.ſi in rixa.col.viij.ff.eod.Illud autem quod noſtra hac
3 regula ſepitur,quidam enucleant,† in ſciẽte, procurante,& participante,ne ſola ſcientia tam crudeliter & inhumaniter puniatur: niſi id ad ipſius ſcientis & tacentis vindictam,fiat:gloſſ.in dicta l. vtrùm.ex gloſſ.notab.in cap.penult.extrà,de homicid.vel gloſſ.in c.vlti.de homicid. in vj.Ignorantia

rantia autem præſumitur, niſi ſit notorium: gloſſ. præalleg. in d. l. j. de recepta. ff.

SVMMARIVM.

1 *Opem ſimplicem, aut fauorem ei præſtans, qui ſine his crimen perpetraſſet, leuius punitur.*
2 *Huius reg. limitationes, & declarationes: & nu. 5.*
3 *Quot modis opem delicto quis præſtet: & num. 4.*
4 *Opem quis duobus modis præſtat, per actum ſcilicet proximum, aut remotum.*

REGVLA XCIX.

1 Simplicem † præbens opem, aut fauorem delinquenti, qui, vel his deficiētibus, huiuſmodi ſcelus veriſimiliter perpetraſſet, non æquali lance, ac principalis, ſed leuiùs Iudicis arbitrio, menſurandus, ac penſitandus, ſeu cruciandus venit: Ange. in l. furti. §. ope. & in l. is, qui opem. vbi eſt Lynceus textus. & ibi latiſsimè Bart. & in l. in furti. §. ope. de furt. ff. Hyppol. in l. ſi in rixa. colum. vj. de ſycar. ff. gloſ. in cap. fœlicis. in verbo, ſimplici fauore. de pœnis. in vj. & gloſſ. Phœnicea in Clemen. j. in verbo defenſauerit. de pœnis. vbi & latè & ſcitè Angel. eius in malefi. Tracta. in verb. dicto maleficio ſemper aſtitit. maximè à numer. 16. & numer. 16. & 17. vbi
2 † per declarationes & limitationes, aurē mordaci lotus aceto, incedit, idque ſcitè: de hac re Alber. de Gand. eius in maleſic. Tractat. titul. de homici.

& eorum pœnis.numer.7.& 8.Idem Ange.in ver-
3 bo,& Andræam.numer.5.vbi † quot modis opem
quis delicto præſtet,& nume.ſequentibus enodat.
& in verbo,dicto maleficio. numer.13. text.in l.in
furti.§.ope.ff.de furt.idem Angel.in verb.& Sem-
pronium.numer.44.& ibi Auguſt.vbi ſcitè de hac
4 noſtra regul.Alij eò rem deducunt,vt † opem præ
ſtari duobus modis poſſe arbitrentur, per actum,
putà,proximum,& remotum: de horum pœna i-
dem Angel.in verbo præallegat. dicto maleficio.
numer.10.vbi regulam cum Fallentiis hac de re,
5 erigit,vt ex Bart.æquè puniatur,caſibus demptis,
vterque; vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *In minoribus conſulens iam facturo,leuius, ſed in atrocioribus æquè punitur.*
2 *Si non erat perpetraturus,æquè punitur,& ordinaria pœna.*
3 *Conſilium delinquendi reuocari poteſt,& quod.*
4 *Modus reuocandi illud conſilium.*

REGVLA C.

1 Conſulens † ei maleficium, qui vel ſine
eo conſilio,idem ſcelus erat perpetratu
rus,nō delicti ordinaria pœna, ſed mi-
tiùs punitur, niſi in delictis atrociori-
bus: vt læſæ Maieſtat. vendic. proditionis, parrici-
2 dij,& ſimilibus.† Secùs,putà,ſi non erat illud ſce-
lus

lus perpetraturus, æquè punitur: hâc refert cõmunem opinionem, Felyn. in c. ſicut dignum. in j. notabil. de homicid. extrà. text. in §. alia deinde. verſicul. necnon is. Inſtitut. de public. iudic. ita diſtinguit, & aliam contexit diſtinctionem Albertus de Gandin. eius in maleſi. Tracta. titul. de pœnis rei.
3 numer. 36. Quod † autem conſilium, reuocari poſſit, & quomodo, notat Angel. d. Tractatu in verb.
4 Sempronium. nume. 45. & ibi Auguſt. † perſuadendo, putà, contrarium conſilij dati, ad certam propoſiti & deliberationis mutationem vſque: aliàs ei in cuius necem conſului, notificando, vt caueat ne offendatur, & omnes vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Quando de principali delinquente non conſtat, contra conſent. conſul. & ſimiles non inceditur.*
2 *Incertitudo principalis, tollit acceſſorium.*
3 *Hodie indiſtinctè inquiritur.*

REGVLA CI.

1 QVotiès † de principali delinquente nõ liquet, contra auxilium præſtantes, & conſilium dantes, aut conſentientes,
2 inquiri vel procedi nequit: quòd † incertitudo principalis obligati, in acceſſorio procedendi impotentiam, inferat: Barto. in l. ſi is, qui. la ij. §. ſi tu Titium. nume. 2. ff. de furt. in l. denunciaſſe. §. fin. de adulter. in l. nihil intereſt. de ſycar. An-

chat.in conſil.cclxxxvj.nos.Bart.Hyppol.in conſil.lxxxj.ſalus omnium.facit Barto.in l.is,qui opē. ff.de furt.vbi Sybilina & Palladina differit doctrina:tetigit & guttulam ſenit Hyppoli.de Marſil.in eius Practica,§.conſtante.numer.40.& nume.77. Nam abnegato ſubiecto, qualitas haud ſubſiſtit.
3 Verùm † hodie indiſcriminatim ſolet inquiri, & ita vnius notitia,alium detegit.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas,vt vrbs & ciuitas,delinquere poteſt, & quomodo.*
2 *Quæ illicita congregatio dicatur.*
3 *Vniuerſitas pluribus modis punitur.*
4 *Quomodo puniatur vniuerſitas:& nu.5.*
6 *Per as & libram cottizantur ciues,vniuerſitate cō demnata in emenda pecuniaria:& num.7.*

REGVLA CII.

1 VT † vniuerſitas ex deliberatione, cum ſono campanæ, aut conſilio habito, inſectando Capitanei vexilla,vel alio poteſt delinquere modo;l.ſub prætextu.vbi Bartol.ff.de extraord.crimin.& l.conuenticulam.C.de Epiſcō.& Cleric.Bald.in c.j.§.conuenticulas.de pace iurament.firm.in vſib.feud.iu
2 uat l.vnica.C.de monopoliis.(Illicita † autem dicitur congregatio,non iure aliquo expreſsè conceſſa:text.Phœniceus in l.iij.§.j.ibi, In ſumma au tem

tem.ff.de colleg.illicit.) tangit Albert.de Gandin. eius in malef.Tract.titu.de homicid.& eorum pœ
3 nis.nume.14.†Ita diuerſimodè pœnas dat,& luit, vt author quidem huiúſce tumultus, exploratus, & qui in homicidio lætale vulnus intulit, vltimo
4 plectatur ſupplitio. †Si in dubia res ſit,capite mitiùs & leniùs cum vniuerſis agatur,vt & illo caſu, cum cæteris:ídque vt plurimùm, Iudicis arbitrio
5 delegatum,creditur:†nonnunquàm enim vrbs & caſtrum,ſolo adæquãtur,& circunducto euertuntur aratro,quò caſtri, aut vrbis facies denigretur & abſtergatur.Aliquando priuilegiis, iuribus eligendi,& id genus aliis, ac bonis exuitur (domino temporali ac Principi his adiudicatis) vrbs, & in inauditam redigitur ſeruitutem: vt de mandamento Paſsiaci,vbi Caſtellanus loci fuiſſe occiſus fertur,obuenit: & aliis pluribus viis,in his vniuerſitatum delictis exterminandis & extirpandis, incēditur,pro, ſcilicet,delicti atrocitate:in hanc deſcendiſſe arenam, legitur Albert.de Gandi.eò loci.nume.15.& 16.vbi & multus ille eſt,& latus eſt campus,ac ferè eius rei Babylonius.deguſtãt ſcribent.in l.ciuitas.ff.de rebus cred.l.metum. §.animaduertendum de eo, quod met.cau.Authē.item nulla communitas & Authen.quæcunque communitas.C.de Epiſco.& Cler.c.vbi periculum.§. ciuitas.de electlon.in vj.c.ſi ciuitas.de ſenten.excommunica.eod.c.ad abolendum.§.ciuitas.de hæreti.extrà.gloſſ.rubrica.C.quæ ſit long.conſuetu. Bartol.in l.aut facta.§.fin.nume.9.ff.de pœnis.Panor.& Fely.in c.dilectus.in ij.extrà, de ſym.Petr.

de Anchar.conſil.cliij.& c.ita nos.xxv.quæſt.ij.c. ſi audieris.xxiij.quæſt.v.Barto.in l.hæreditatum. ad legem Falcid.Bartol.in tit.qui ſint rebell.in gl. fin.quæ eſt mag.in verb.rebellando.circa fin.in extrauag.& alij in l.non dubito.ff.de ſeruitutib. vbi latè de delictis,ac populi,aut ciuitatis, pœnis. Deguſtabo infrà,reg.107.per totam.Dubium au-
6 tem maius hinc manat,† quî hoc in caſu,quo vrbs aut villa condemnatur,ſi in mulctæ eius quod intereſt,aut expenſarum condemnationem,itum di catur,quî,inquam,id fiat, & quomodo, an per capita,an verò pro modo patrimonij,& facultatum quantitate,collecta indatur imponatúrque, & in
7 ſolutum eatur.Et † per æs & libram, ac patrimonij quãtitatem,iri Bartolo viſum eſt,in l.ne quid. nume.4.& 5.ff.de incend.ruin.& naufrag.& locis ibi adductis,eo pellectus text.in l.j.de munerib.& hono.lib.x.C.quem ibi velut legum Corypheum, & in Iure Roſcium vt ducem ſequuntur plures,& Angel.eius in malef.Tract.in verb.quod fama publica.nume.70.de præſumptione coniurationis, dicam infrà reg.cvij.circa med.nume.6.de cõgregatione ad delinquendum,infrà, reg.ſeq.nume.8. in fin.& reg.cvij.nume.4.vbi vtcunque ſybilinè. de authore infrà,reg.ciiij.de hac reg.& quãdo cor pus teneatur,ſcitè ſanè Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.conſtante.nume.47.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij nomine in rixa perpetrati, lædens ſolus*

tenet

tenetur, ſi conſtet quis ictum dederit: & nume.3.

2 *Cuiuſque ictus ſubtiliter inquirendus.*

3 *Si dubitetur cuius ictu, omnes tenentur: & nu.4.*

5 *Quando omnes tenentur, non corporalis pœna, ſed pecuniaria imponitur: reſpondendo contrarijs.*

6 *Quando omnes tenentur, vnius pœna alios non liberat.*

7 *Fautores, ſequaces, adhærentes, & participantes, qui & quando puniantur.*

8 *De omni homicidæ genere, tam particulari, quam vniuerſitatis.*

REGVLA CIII.

1 Homicidij † in rixa perpetrati, nomine & prætextu, nõ omnes teneri itum eſt, ſed ille ſolus, cuius lætali ictu cęſus occubuit, & è corporis vinculis euolauit, teneri creditur: alij autem, de ſolo vulnere

2 vexantur, & obnoxij leguntur. Quo fit, vt † cuiuſque ictus gnauiter & diligenti perquiſitione, expiſcandus veniat: text. Lynceus in l. ſi in rixa. ff. de ſycar. vbi Barto. Babylonio campo. gl. in l. item Mela. §. ſed ſi ſeruum plures. ff. ad legem Aquiliam. Anchara. in conſil. ccxvj. colum. fin. Hyppolit. in conſil. lxxxj. ſalus. Quod ita demùm procedere cre-

3 briùs creditur, † ſi cuius ictu occiſus animam exa-

4 larit, Lynceis liqueat oculis, non ſi hæſitetur: † tùc enim omnes teneri: Phœnicea gloſſ. vnic. in dicta l. ſi in rixa. text. ad liter. in l. item Mela. §. ſed ſi ſeruum. verſicu. quid ſi non apparet. ff. ad legem Aqui

liam.Albert.de Gand.eius in maleſi.Tracta.titulo de homicid.& eorum pœnis.numer.12.(quod Anguſti.apud Angel.Tractat.maleſi.in verbo,& An-
5 dreas.numer.22.intelligit, vt † pecunia tenùs, nõ capite omnes plectantur,mitè & mellitè cum eis in anxiis agendo.Iura autem in contrarium faciẽtia, quando ciuiliter agitur, palmam & lauream obtinere) niſi author rixæ appareat, vt ille ſolus in dubio teneatur:Hyppol.de Marſil.eius in Practica.§.cõſtante.nu.77.ſatũ relinquemus, reg.ſeq.
6 Et ita † omnes de occiſo tenentur, vt vnius pœna,cæteros non exuat nec eximat:ibidem verſ.& ſi cum vno agatur,&c.huius rei mica legitur in l. ſi plures.cum gloſſ.j.ff.arbo.furt.cæſa.& l.ita vulneratus ff.ad legem Aquiliã.& l. vulgaris.§.ſi duo. ff.de fur.& dicta l.item Mela.§.ſed ſi ſeruum.cum duobus verſiculis ſequentibus.videatur Bart.con
7 ſil.xxiiij.lib.ij.conſil.& conſil.ſequen.vbi † in illo de fautoribus,& de adhærentibus,ſequacibus,par
8 ticipantibus,in iſto.† De omni homicidæ genere, tam particulari,quàm vniuerſitatis,de Gand.titu. præallega.de homicid.& eorum pœnis.guſtum ſenit Bonifa.de Vitell.eius in maleſi.Tracta.titul.de inſultu,percuſsione,& defenſione,& qui excuſant à delict.de congregatione ad delinquẽdum, idem Bonifa.titul.ad legem Iuliam.de vi priua.& titul. ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Qui ex propoſito,cum adiuncto,amicóve, inſultum ficit*

fecit, etiam de occiſo ab alio, tenetur.
2 *Idem de omni alio delicto.*

REGVLA CIIII.

1 Homicidij † nomine is, qui ex propoſito & deliberatione, etſi nō ipſe vulnus lætale in conflictu, intulit, ſed ab eo conuocatus, exanimauit, de occiſo tenetur: Phœnicea gloſ. vnica in fi. verbis. in l. ſi in rixa. ff. de ſycar. ex l. j. in princ. ff. eodem. & l. is, qui cum telo. ff. eodem. Barto. in l. ij. §. ſiquis nō homines. verſicu. & melius eſſe dicetur. ff. vi bonorū
2 raptorum. † Idem de alio quolibet delicto: vt in dicto verſicu. & meliùs. Tetigi ſuprà, regu. xcvij. nu. 3. & regu. cij. numer. 3. concinnè Hyppo. de Marſil. eius in Practica, §. conſtante. nu. 77.

SVMMARIVM.

1 *Qui vulneratum cadit, de homicidio tenetur.*
2 *Si incerta erat ex priori vulnere, mors.*
3 *Occidiſſe videtur, qui mortis cauſam præbuit.*
4 *Qui accelerauit, homicida eſt.*
5 *Fons regulæ noſtræ.*
6 *Cautela pro priori vulnerante.*
7 *Si febris vulnus ſubſequatur.*
8 *Imperitia Medici, mortuus.*
9 *Vulneratus, ex vulnere mortuus eſſe præſumitur: niſi, &c.*
10 *Idem, ſi bius morbus obrepat.*

11 *Idem, ſi breui poſt vulnus, decedat læſus: infrà, regula ſequen.*
12 *Vulnerati culpa, vulnerantem excuſat, & quando ſit in culpa.*
13 *Vulnerans non lætali vulnere cæſum, ſi læſi culpa arguatur, vulnere tenùs tenetur.*
14 *Vulnerati negligentia, aut mala cuſtodia, reo non officit.*
15 *Vulneratus alium occidens, ad quid teneatur.*
16 *Ex non vulnere mortuum læſum, probatio difficilis.*

REGVLA CV.

1 QVi †hominem lætaliter licet cæſum, alio inſignierit ictu, & exanimarit, is ſecundò feriens, ſolus homicidij nomine tenetur: textus luce clarior in l. item Mela. §. j. verſicu. celſus. & l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad legem Aquiliam. Roman. ſingula. cclvj. quidam fuit vulneratus. Felyn. in c. ſignificaſti. colum. ij. de homicid. Quod ita demùm quidã
2 admittunt, † ſi ex priori vulnere, incerta mors ferebatur, non item ſi certa: text. in l. ita vulneratus. in princip. vbi gloſſ. in verbo, teneri. in vlti. verb. ff. ad legem Aquiliam. tunc autem vtrũque de occiſo teneri: vt in dicta l. ita vulneratus. in princip.
3 ibi, † Occidiſſe videtur vulgò, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit, &c. iuuat d. l. huic ſcriptu
4 ræ. dicto §. ſi ſeruus. in verbo maturius. vbi † qui mortem accelerauit & properauit, ſecũdò lætaliter cæſum icens, de occiſo tenetur: facit l. nõ ideo

minùs

minùs.C.de accuſation.& inſcriptio.& l.nihil intereſt.ff.de ſycar.ſed vt leges hac in re, adinuicem purgare videntur,ita hic locus dubio procul lubricus eſt,indigerétque & Delio natatore.& aure vaporata,foliis Sybilæ,putà,obſcurior,quíque ita Tyria maria concitaſſe fertur, vt refert Bald.in d.§.ſi ſeruus,Odofredum quendam Florentinum Poteſtatem,qui priorem vulnerantem, exanimari fecerat,ante vulnerati mortē,ferè decapitatū, ſed tandem veniam à Duce obtinuiſſe. De noſtra hac materia,extat ſingu.c.ſignificaſti.de homicid.
5 extrà.quòd † huius materiæ fons & origo,& vnde deciſio omnis ſcaturiat,manet,& oriatur,videtur:
6 †Pro priori vulnerãte cautelam,vt quem (malum conſilium,& Chriſtiano indignum) ſecundò vulnerantum,prior inſtiget, adfert Cæpol. cautel.v. nume.2.huius rei micam habet Bartol.in Tracta. de percuſsio. ex quib.mor. quis ex interuall. per tot.& conſil.x.lib.ij.& in l.j.C.de emend.ſeru. videatur text.in l.item Mela. §.ſed ſi ſeruum. ff.ad leg.Aquil.& Bartol.d.Tract.nume.6.& 8.vbi non percuſſoribus, ſed percuſsionibus legendum crediderim.
7 † De febri poſt vulnus illatum,ſuperueniente,Albert.de Gandin.eius in malef.Tract.tit. de homicid.& eorum pœnis. nume.23.& 24.vbi
8 †de Medici imperitia,mortuo vulnerato:cum nu
9 me.25.cum ſequen.& nume.27. vbi † ex vulnere, mortuus læſus,præſumitur,niſi ex ſecundo vulnere mortuum cæſum,aut notoriè conſtet, aut Medicorum relatione id ferat:iuuat gloſſ.penult.in c.
10 ij.extrà,de Cler.percuſſ.idem creditur † ſi ratione

vul-

vulneris,morbus irrepſerit,vt in vulnerantē præ-
11 ſumatur. † Breue inſuper poſt vulnus illatum & acceptum,victitandi ſpacium,& tempus,contra vulnerātem præſumptionem adfert,vt ibi:in hac præſumptione deliteſcit Bald.in tit.quibus mod. feud.amitt.c.j.nume.11.& Angel.in maleſ.Tract. in verb.& ex interuallo.verſic.quæro.nume.12.&
12 14.† niſi læſi culpa arguatur,vel in non adhibendo Medicos,vel in ſe non curando,aut in non parendo Medicis,vel quòd cum vxore cōcubuit,& quid vlteriùs egit, aut alia in eum culpa irrepſit, dein animam exalauit: hanc rem iuuare videtur text.in l.qui occidit.§.fin.& ibi Bal.ff.ad legem Aquil.vt nō lætali vulnere cæſo,(ſiquæ eius cul-
13 pa argui poſsit)† vulnus inferens non de occiſo,
14 ſed vulnere tenùs, obnoxius credatur:†negligentiam enim vel malam vulnerati cuſtodiam , reo
15 non officere itum eſt.de his,reg.ſequen.† de vulnerato alium occidente,& proſequente, Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.quoniam.nume.65.83.& §.
16 & quia.nume.16.& nume.17. vbi † difficilem eſſe probationem,nō ex vulnere mortuum, autumat; & nume.18.19.20.& aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Ex vulnere breui decedens, mortuus præſumitur: & numero 8.*
2 *Id'que quouis modo credatur mors hinc manaſſe.*
3 *Idem ſi febris,hinc oriri à Medicis referatur.*
4 *Quid ſi Medici neglig.imperit.vel ſua culpa deceſſ*

ceſſerit.

5 *De his conſtare Iudici oportet.*

6 *Interuallum medij temporis, quantum eſſe debeat.*

7 *Mitiùs cum non lætaliter vulnerante, agendum.*

8 *In dubio, ex vulnere occiſus præſumitur: niſi &c.*

9 *Medicis ex vulnere potiùs, quàm teſtibus, aliundè mortuum referentibus, creditur.*

10 *Medicis varijs, vel dubitantibus, ex vulnere mors præſumitur.*

11 *Medici qui accipiantur.*

12 *In morbum mortiferum reincidens, qui conualuerat, ex vulnere mortuus præſumitur, & quando: & nume. 14.*

13 *Par conditio, mox occidentis, vel occaſionem præbentis.*

REGVLA CVI.

1 IS, † In quem mors, vulnere accepto, aliquo, putà, temporis interuallo intermedio, irrepſerit, ex vulnere crebriùs interceptus creditur: ca. Presbyterum. c. de cætero. ca. ad audientiam. de homicid. extrà. Barto. latè Tracta. præced. regul. deducto. & conſil. x. & conſil. xxxvij. in principio. libr. ij. quod

2 verum videtur, † ſiue certum vulnus mortiferum, ſiue dubitetur, ſiue hinc mortis ac læti anſam, aut accelerationem caſus acceperit: dicto ca. Presbyterum. & ibi gloſſ. vlti. & c. de cætero. & Bartol. d. conſil. xxxvij. ſi modò, proborum & expertorum

3 iudicio, † hinc manare, vel febrim, vel quid ſimile,

4 le, vnde mors irrepſerit, conſtet. Quòd † ſi Medici ſeu Chirurgi, aut negligẽtia, aut imperitia, vel ſua- ipſius vulnerati culpa, aut inordinata vita, ac malo regimine, Superis conceſsiſſe ab oris, cæſus conuincatur, in contrariam iuerim præſumptionem:
5 Barto. in dicto Tractatu. numer. 4. † Sed de his Iu-
6 dici liquere operæpretium eſt. † Hoc autem interuallum quanto tempore ſepiatur, hæſitatur, & varij variè in eo trahũtur. Iura enim Canonica paruum tempus expoſtulant: dictis capit. Ange. Aret. & ibi Auguſtinus Ariminien. in verbo, & ex interuallo. nume. 2. ad quadrageſimum diem, rem & coarctauit & dilatauit. Alij Iudicis arbitrio cũ Medicorum peritia, & coniecturis, commendant, & deponunt: Gregorius Pontif. Roman. ad octauum vſque menſem, interuallum dilatare, in c. ij. de Cler. percuſs. extrà, non autem infrà, arctare & terminare creditur: Albert. de Gand. ſuos irrigando Bartoli riuulis hortulos, in eius malefi. Tracta. titul. de homicid, & eorum pœnis. num. 23. in vulnere non mortifero, ad animi occidendi vel non,
7 diſtinctionem, confugere, coactus, viſus eſt, † aut ſaltem mitiùs, cum non lætaliter vulnerante agẽ-
8 dum putat: ibidem numer. 24. † In dubio autem hũc ex vulnere extinctum, niſi Medici imperitia, aut ipſius vulnerati culpa, negligentia, aut negligens cuſtodia, & ſimile quid arguatur, præſumi o-
9 pinatur. † Potiùs autem duobus aut tribus Medicis, ex vulnere mortuum referẽtibus, quàm decem vel viginti teſtibus nõ Medicis, ex febri aliáue cauſâ mortuum, deponẽtibus, credi putat. † Va-
10 riis

riis inſuper Medicis exiſtentibus, mortem ex vulnere præſumendam, vt & caſu quo dubitarent, ex Baldi ſententia, Auguſt. apud Angel. eò loci num.
11 3. in fin. autumat. † Medici autem hac in re, vtriuſque partis conſenſu accipiuntur: ſin diſcordent, Iudex ſuas partes interponit: ibidem numer. 4. nonnunquam à primis negotij cunabulis, læſus viſitatur ab Officiariis, cum Chirurgo, vel etiā cadauer ipſum, vt alibi diximus: & inuenta vulnera literis ab eis conſignantur. Hic dubio procul locus, ita dumetis plenus videtur, vt Delio natatore, vaporata aure, & delphineo greſſu indigere, omnibus
12 in vdo ſit. † Dubitabilior adhuc cauſa eſt in vulnerato, qui poſtquàm conualuiſſet, tandem in morbum, ex quo mors irrepſerit, reinciderit, an, inquam, ex vulnere è corporis vinculis euolaſſe, videatur? quod gloſſa in dicto c. Presbyterum. vlti.
13 gloſſ. opinatur: quòd † pari paſſu, & eodem modulo, mox occidens, & occiſionem ſeu cauſam præbens, continentur. Sed medelam hāc adhiberem,
14 † ſi modò expertorum ſaltem iudicio id, vtcūque feratur: potuit enim ipſi læſo, aliūdè lætū irrepſiſſe; granum ſeui regu. præceden.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium praſtans, & qui adeſt, vt aquè teneatur, tractatum praceſſiſſe oportet.*
2 *Qui delicto caſu & inconſultò adfuit, facto tenus tenetur: & nume. 3.*
4 *De praparatione, & hominum coadunatione ad delinq*

delinquendum.

5 *Is etiam tenetur, in cuius domo coniuratio facta eſt.*

6 *Præſumitur delictum, deliberationem ſubſecutum, etiamſi teſtes de eo extremo nihil dicant: & nu. 7.*

8 *Aſſiſtens armatus, & nō percutiens, aut aliàs præſens, quando opem & fauorem præſtare dicatur: & nume. 9. & infrà, reg. ſeq. nu. 6. & 7.*

10 *Auxilium quot modis præſtetur.*

REGVLA CVII.

1 QVi † delicto adfuit, vel auxilium præſtitit, vt æquè ac principalis teneatur, ad ſcelus, præcedente tractatu, congrega-
2 tus vt fuerit, oportet: nam † ſi inconſultò, &, vt ſic dicam, caſualiter, aut quilibet ſuiipſius nomine, in rixa adfuiſſe dicatur, tunc quilibet ſeparatim, & prout quiſque deliquit, puniendus venit. Id'que † ſiue ab initio, ſiue poſteà adfuiſ-
3 ſe hi dicantur: l. ij. §. ſiquis non homines. vi bono. rapto. vbi Barto. l. ſi in rixa. ff. de ſycar. Bal. in l. nō ideo minùs. numer. 26. C. de accuſationib. inſcript. & Hyppol. de Marſil. eius in Practic. §. conſtante. numer. 45. & ſeq. l. ij. § dolo. verſicu. homines. ff. vi bonorum rapto. Hyppo. in dicta l. nihil. columna penulti. ff. de ſycar. Anchar. in conſi. ccxvj. circa fi.
4 Alexand. in conſil. ij. colum. ij. volumi. ij. † De præparatione, & hominum coadunatione ad delinquendum, videtur text. in dicta l. ij. §. dolo autem. ff. vi bono. raptor. qui eſt ſingularis & Phœniceus in toto Iure: vbi de conſilio inito inter delinquere

re præmeditantes & decernentes: videatur etiam text. & Bart. in l. etſi amicis. §. j. ibi, Sed & ſi in do-
5 mum. ff. de adulte. vbi † is etiam tenetur, in cuius domo, poſteà delicto ſubſecuto delinquendi colloquium ſit habitum, quòd ſine eo colloquio, ad id genus præmeditatum & cõiuratum ſcelus, itũ
6 non fuiſſet: vt ibi in fin. text. ait. † Præſumitur autem in eius cõſilij & deliberationis executionem & conſequentiam, crimen (velut effectus ſuam ſequitur cauſam) perpetratum. Etenim id genus tractatus & deliberatio, rei effectui annexa & cõtexta,
7 ta, coniurationis præſumptionem adferr, † etſi teſtes de eo extremo nihil dicant: putà, ſe neſcire, an in tali cœtu & hominum conuentu, eius rei verba habita ſint, & de ea re tractatum fuerit. Huius rei micam ſeuit & habet Bald. in l. multum intereſt. nume. 3. colum. ij. C. ſi quis alteri, vel ſibi. deguſtauit Barto. in l. ſi vt proponitur. numer. 2. ff. de fideiuſſor. & in l. qui in aliena. §. ſi is, qui. ff. de acquirenda hæreditate. nume. 1. iuuat quod nemo dixiſſe prçſumitur, niſi quod velit exequi: l. Labeo. ff. de
8 ſuppellecti. lega. † De aſſiſtente armato, vel non, & non percutiente, an is fauorem & auxiliũ præſtare dicatur, ſcitè Angel. eius in malefic. Tractat. in verb. dictus Andræas armatus. numer. 1. cum ſequen. congruit Hyppol. de Marſil. eius in Practic. §. conſtante. numer. 56. & 57. vbi affirmat. cum ſe-
9 quen. † De præſente, & quòd is opem præſtare nõ dicatur, niſi aſsiſtat, vt ille habiliùs delinquat, Angel. in verbo, dicto maleficio. numer. 24. Tangam regu. ſequen. numer. 7. De ope, auxilio, ac manda-

to,& quî in his incedatur, latè Ange. in verb. & Andream per totum. De aſsiſtente tangam infrà, regul. ſequen. in fi. † quòd præſentis fauor dicatur &
10 auxiliū, ſi timidior reddatur læſus, tenuit d. Hyppol. numero 58. & 69. d. §. Dicam infrà, regu. ſequen. & num. 7. quot autem modis auxilium præſtetur, idem Hyppol. eò loci. nu. 71.

SVMMARIVM.

1 *Qui delicto adfuit, caſu potius, quàm cõſultò adfuiſſe præſumitur: & numer. 4. vbi ponitur limitatio.*

2 *In dubijs mellitior interpretatio facienda eſt.*

3 *Delicta non præſumuntur, quòd inſontes ferè naſcamur.*

5 *Nocendi animo, quis adeſſe non præſumitur.*

6 *Aſſocians aliquem ad aliquod ſcelus, nocendi animo adeſſe præſumitur, & quando: & nu. 7.*

7 *Aſſiſtere quid ſit.*

REGVLA CVIII.

1 QVi † delicto ab alio perpetrato, adfuiſſe legitur, caſu potiùs, quàm ſtudio & conſultò adfuiſſe præſumitur. Ratio exhauriatur à naturę primordiis & cu-
2 nabulis, quia † in anxijs & dubiis, benignior & melle dulcior ſit amplexanda præſumptio, & interpretatio: tritus eſt & ſingul. text. in l. meritò. ff. pro ſocio. l. cùm creditor. ff. de furt. Felyn. in c. ſicut dignum. in iij. notab. de homicid. Anchar. in conſil. xxvj.

xxvj.Hypp.in l.ſi in rixa.col.v.de ſycar.ff.d.Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.conſtante.nume.61.
3 Etenim † delicta non præſumuntur: quòd in meliorem & benigniorem partem, nos naturæ inſtinctus trahat & ducat. Quum enim inſontes (delicto originis dempto) naſcamur, cur delicti pōdus & atrocitatem, humanitati ingenitæ & innatæ, præpōderare, & præferre debeamus, haud video. Quo
4 fit, vt † in anxiis & dubiis, caſum dolo præponamus, id eſt, potiùs caſu hunc, quàm doloſa cōſpiratione & coniuratione adfuiſſe opinemur: niſi aliò coniecturis ducamur, & pellamur. De hac re,
5 & quòd † nocendi animo adeſſe nemo præſumatur, niſi aliud coniecturis & circunſtantiis, in Iudicis opinionem repſerit, ſcitè Angel. eius in malef. Tracta. in verb. dictus Andræas. nume. 4. cum
6 aliis. & num. 2. vbi † de aſſociante ad aliquod perpetrandum ſcelus, vt is opem ferre, & præſumatur & dicatur, maximè ſi ſit armatus, quàmuis nullum
7 omnimodè præſtet actum. † Aſsiſtere autem eſt hîc, opem ferre, quò audacior delinquens, & timidior vulneratus, hac aſsiſtentia, reddatur: idem Angel. eò loci, in verb. dicto maleficio. num. 1. Tetigi ſuprà, reg. præced. nume. 9.

SVMMARIVM.

1 *Qui aliquem percuti citra occidendi animum, mandat, culpa tenus tenetur: & nume. 5.*
2 *Aliud ſi occidendi animo.*
3 *Communis opinio.*

4 *Contraria opinio.*
5 *Omnis culpa punienda.*
6 *Quidam mandantem teneri,niſi debitè reuocauerit,& quomodo.*
7 *Coniecturarum magnā vis.*
8 *Contra mandatarium præſumitur,cuius dicti parua vis.*
9 *Domini mādatum an excuſet ſubditum:& nu.10.*
10 *Iudicis,patris,& domini mandatum, an & quando excuſet.*
11 *Superioris mandatum,à dolo excuſat, & aliquando à pœna.*
12 *An mandatum conducentis excuſet laborantem.*
13 *De reuocatione mandati,& conſilij,ac ſuaſionis.*
14 *Quî hæc reuocatio fiat.*

REGVLA CIX.

1 QVi † aliquem vulnerari,aut percuti,citra occidendi animum, in mandatis alicui dat,mandatario occidente, ille non de occiſo,ſed de culpa, mitiùs ſci-
2 licet,puniendus venit:† ſecùs ſi occidendi animo mandaſſet:l.j.C.ad legem Cornel.de ſycar.Alber. de Gandi.in eius malef.Tract.titu. de homicid.& eorum pœnis.num.6.9.10.& 11.communem hanc
3 eſſe† Doctorum opinionem refert Anton.de Roſellis.in conſil.xxxvj.in hac quæſtione.Franciſ.de Capiteliſt. in conſil. xxxvj. in caſu. Angel.filius Pauli de Caſt.in conſil.xxxvij.viſa. inter conſilia Cæpolæ.Decius in conſil.cccclxxxiij.pro reſolutione

tione.Hyppol.in conſil.lxxvij.veris exiſtentibus,
4 & in ſingul.clxxvj.voluntas.Etſi † in contrariam pedibus manibúſque ierit ſententiam Cæpol.latiſſ.in conſil.xxxiiij.ſi vnquàm.Alexand.in conſil. cxl.videtur.vol.ij.Auguſt.Ariminien.apud Ange. in malef.Tract.in verb.compenſat.iuuat c.vlti.de homicid.in vj.Nam ex hoc ſolo mandato, in cul-
5 pam incidit, † quam impunitam relinquere dedecori eſſet: c.ſicut dignum.de homicid.extrà. cum ſimilib.ſingul.gloſſ.in verb.mandauerit.in c.j.de
6 homicid.in vj.† Nonnulli mãdantem teneri (niſi debitè reuocarit,aut neglecto mandato, & motu proprio, mandatarius id perpetraſſe ſcelus enu-
7 cleet) autumant:Cæpol.cautel.xxxix.†Coniecturarum hic magna vis eſt,& authoritas: interim ta-
8 men † contra mãdatarium (cuius teſtimonium, maximi fieri hac in re, non debet) præſumendum
9 eſt.† De mandati ſui domini, executione,Cæpol.
10 cautel.xl.vbi mitiùs cum ſubdito agi credidit.†Iudicis mandatum excuſare,& quãdo,patris etiam, & domini,& quando,non excuſare, nempè,ſi iniuſtè quid mãdetur,ſed quòd leuiùs puniatur, qui id genus mandatum exequitur,docet Soci.in eius
11 Fallen.regul.ccxx.† Superioris mandatum, à dolo excuſare,& quandoque à pœna,docet Bartol.con
12 ſil.xv.nume.2.lib.ij.vbi † de mandato conducentis,laboranti facto,vt excuſetur. De mandatario, Angel. in verb. & Sempronium. nume. 10. cum
13 ſeq.& præced.eius in malef.Tract. † De mandantis,conſulentis,aut delictum ſuadentis reuocatio-
14 ne,ſiue expreſſa,ſiue tacita (inita † pace,aut paren

tela, puta, cum inimicó) & quòd ea reuocatio, vel iniuriam paſſuro, vt ſibi caueat, nedum mandatario, ſit intimāda, ſcitè ſanè notat. apud Cæpol. cautel. xxxix. in gloſſ. & cautel. cclviij, in text. & gloſſ. huius etiam rei guttulam ſeuit Cæpo. cap. xxv. nume. 10. in Tract. ſeruit. vrban. præd. ſcintillam degustare licet apud Bartol. in l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſ. & apud Ang. in verb. & Sempronium. nume. 45. vbi Auguſt. eius in malef. Tract. quòd autem in mandantem æquè ac in mandatarium, crimen irrepat, hinc pœna, extat aureus ac aurẽ mordaci lotus aceto, text. in l. non ideo minus. C. de accuſatio.

SVMMARIVM.

1 *Ex ratihabitione quis delicti nomine tenetur.*
2 *Ratihabitio facit delictum proprium.*

REGVLA CX.

1 EX † delicti ratihabitione, quis delicti, non ratificationis nomine, obnoxius creditur. Nam ratihabitio, negotiũ red-
2 dit propriũ, † & facit eius delictũ, cui geſtum arridet, & laudat: text. clariſſ. in l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de negotiis geſtis. Phœnicea Bartoli legum Coryphæi doctrina, in l. ſi vt proponitur. numer. 3. ad iiii. vſque. ff. de fideiuſſo. vbi ſatis mellitè rem hanc dealbat & depingit.

SVMMARIVM.

1 *Qui incogitatò mortis cauſam præbuit, mitius puni-tur.*
2 *Alium occidens, quàm inimicum, mitius plectitur.*
3 *Qui qui vltra, aut præter cogitata, deliquit, plecta-tur.*
4 *Caſus leuiùs punitur.*

REGVLA CXI.

1 QVi † incogitatò mortis cauſam præbuit, non legis Corneliæ pœna ordinaria, ſed leuius coërcetur: verbi gra-
2 tia, † Si volens vel gladio vel haſta, aduerſarium occidere, alium exanimarit: c. de. cætero. extrà, de homicid. Angel. eius in maleſi. Tractatu, in verbo, & appenſate in ciuitate Bononiæ. numer. 1. 2. & 3. & ibi August. diſtinguit, ex Baldi
3 ſentẽtia. † De eo inſuper, qui vltra aut præter cogitata deliquit, & quî puniatur, Ang. in verb. præallegato. nume. 5. vbi ſcitè (hæc enim omnia, ca-
4 ſum ferè redolent, vbi † mitiùs agitur) hinc igitur quiſquis, & ex ipſius riuulo guttulã exhauriat, quòd aurem mordaci lotus acetó, rem ſcrutetur, & ad limam vſque diſcutiat & deducat.

SVMMARIVM.

1 *In omni actu iniurioſo & illicito, dolus adeſſe præ-ſumitur: niſi coniecturis, nõ iniuriandi animus pro-*

betur.

2 *Quî non occidendi animus probetur.*

3 *Præſumitur non defenſionis cauſa, crimen commiſſum.*

REGVLA CXII.

1 QVi † hominem exanimaſſe, aut aliam intuliſſe iniuriam, conuincitur dolo munitus, & impulſus præſumitur: niſi in contrariam opinionem, probationibus & coniecturis impellatur & illectetur Iudex: l. j. C. ad leg. Cornel. de ſycar. l. ſi non conuicij. C. de iniur. Albert. de Gand. in eius maleſ. Tracta.
2 tit. de homicid. & eorum pœnis. nume. vlti. † Animus autem non occidendi, coniecturis probabitur, putà, quòd erat amicus, affinis, filius, propinquus, vel quòd alium percutere volebat, vel quòd furore eum percuſſit, vel quia eum leuiter percuſſit, & purgationis rei iuramento: ſingula. gloſſa & Phœnicea in dicta l. j. in verb. non occidendi animo. & Gand. loco præallegato. Ex hac regula eli-
3 cias, † non defenſionis cauſa, crimen commiſſum (vt diximus ſuprà, regu. lxxvij. numer. 22.) præſumendum.

SVMMARIVM.

1 *Rei illicitæ dans operam, de homicidio vel caſuali, tenetur, & inquantum.*

2 *In illicitis dolus præſumitur.*

Non

3 *Non dolum allegans, eum habet probare neceſſe.*
4 *In ciuilibus verò non dolus præſumitur, niſi certis caſibus.*

REGVLA CXIII.

1 DAns operá † rei illicitæ de homicidio, vel fortuito & caſuali, ſaltem culpa tenùs, obnoxius creditur: cap. continebatur. & c. ſuſcepimus. cap. tua nos. de homic. extrà. De nô occidendi animi probatione, præced. regul. tâctum eſt, quò ab homicidij pœna reus exuatur: his & illis addatur gloſſ. ſingula. ij. in
2 l. j. C. ad legem Cornel. de ſycar. Aliàs autem † in illicitis dolus præſumitur: d. l. j. vbi pro dolo præ-
3 ſumitur, quòd † non dolum adducens & allegás,
4 illum habeat probare neceſſe: † in ciuilibus verò, non item, niſi certis caſibus exceptis: vt per Albert. de Gandin. eius in maleſ. Tráċta. tit. de falſariis. nume. 29. vbi aurem mordaci lotus aceto, ſcitè rem expiſcatur.

SVMMARIVM.

1 *Dans rei licitæ operam, de caſu non tenetur, ſi præſtanda adhibuerit.*
2 *Aliàs tenetur, & mitiùs punitur.*
3 *De correctionibus & emendationibus.*
4 *Caſu quem exanimans, an & quando teneatur, & qui puniatur.*

REGVLA CXIIII.

1 REi † licitæ aduigilans, de homicidio caſuali, & id genus delicto, non tenetur, ſi neceſſariam & adhibendam diligentiam applicuerit: c. Presbyterum. & c. continebatur. c. lator. c. ad audientiam. c. dilectus. cum ſeq. & c. exhibita. & c. Ioannes. & c. vlt. extrà,
2 de homicid. † Quam ſi non præſtiterit, tenetur, & mitiùs punitur ob ſolam culpam: dictis Iurib. huc
3 pertinet † quod dicitur de correctionibus, & emendationibus, ſi quibus correctio permiſſa legitur, legis pomæria excedant: Tetigi ſuprà, regu.
4 lxxiij. † Caſu quem exanimans, an, & quando teneatur, quáque pœna crucietur, enucleat & expiſcatur Albert. de Gandin. eius in malef. Tractatu. de homicid. & eorum pœnis. nume. 21. vbi Babylonius occurret campus. Anchar. conſil. ccliiij. Caſtren. conſil. cxciiij. cum aliis. & Hypp. de Marſil. in eius Pract. §. conſtante. nume. 48. vbi impunitus fertur caſu quem exanimans: quod accipe in licitis, non aliàs. Dixi. ſuprà reg. cxj. & reg. cxiij.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus, infans, dormiens, aut inuaſus, quem occidens, qua pœna puniatur.*
2 *Siue furor ſit continuus, ſiue per interualla.*
3 *Quando furor præſumatur.*
4 *Quid de fatuo, ſtulto, mente capto, & ſimilibus.*
5 *Indicia hæc, vel arguentia, vel tollentia.*

Cont

6 *Contra regul. noſtram, quoad furioſum.*
7 *Doli capax minor, à reg. exceptus.*
8 *Iudex quî procedat erga furioſum, & qui hic cuſtodiatur.*
9 *Quo tempore non furit delinquens, videtur plectendus.*
10 *Quidam furentem non teneri, crediderunt.*
11 *Dormiens an, quando, & quî puniatur.*
12 *Dormiens ferè furioſus.*

REGVLA CXV.

1 FVrioſus, † infans, dormiens, inuaſus.
mortem euadere non valens, quempiã
exanimans, aut mutilans, non teneri
creditur. Pho miceus ciuilis textus in l.
infans. ff. de ſycar. cum ibi traditis. text. Canon. in
2 Clementina vnic. de homicid. l. dque † ſiue hic fu
ror ſit cõtinuus, ſiue per interualla obueniat, quo
tempore, ſaltem dominium & palmam furor ob-
tinet: gloſ. ij. in verb. furioſus. in dicta Clementina
3 vnica. de homicid. † Furor autem, maximè ſi con-
iunctam perſonam, vt fratrem, matrem, & id ge-
nus aliam examinarit, præſumitur: niſi in contra-
rium probatio adſit: & quando, latè & ſcitè Ange-
lus in maleſi. Tracta. in verbo, ſcienter. num. 6. 7.
& ſequen. vbi Auguſtin. & ibi de mente capto. De
his omnibus latiſsi. Barto. in Tractat. teſtimonio-
rum. verſicu. oppoſita prudentiæ. numer. 94. cum
4 ſequentibus. vbi † de furioſo, mente capto, ſtulto,
5 fatuo, & de ſimilibus: vbi † etiam præſumptiones

hæc omnia, aut arguentes, aut tollentes expiſcatur, quem videre hac in re neminem pigeat, nec aliquid remoretur. Ratio autem d.l. infans. etiam in illis omnibus militat, quod aut ſatis ætas, aut fati infœlicitas excuſet: iuxta illud,

Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori.
Difficiles aditus, impetus omnis habet.

6 † In contrarium tamen videtur l. aut facta. §. euentus quoque. iuncta gloſ. vbi vel à dementiſsimo facta puniuntur: tangit Alciat. diſpunctio. libr. j. ca. xvij. Quod de infante diximus, de ſeptênium qui-
7 dem nato, & adepto, intellige, † nõ item de doli capaci, & pubertati proximo: glo. in verb. infans. in dicta Clementina vnica. Angel. & ibi Auguſtin. in verb. ſcienter. numer. 6. Nam non doli capax, occidendi animum habere non videtur: vnde hunc, & innocentia, & minor ætas excuſat: dicta l. infans. Quò huic regul. pondus addatur, his nectatur tex. in can. illud relatum. xv. quæſtio. j. & can. aliquos ſcimus. & cap. illa cauenda. eadem q. notab. ſanè & menti figendus tex. in l. diuus. ff. de officio Præſid.
8 vbi † qui in perpetim & iugiter furioſum, aut per interualla, Iudex procedere debeat, & de eius cuſtodia, parentibus, vicinis, aut amicis deleganda, aliàs carcere hunc donandum: Phœniceus text. in l. congruit. §. furioſi. ff. de officio Præſid. vbi est tex.
9 notabilis. † Quo autem tempore, furor non primas partes, vt nec palmam obtinet, per interualla furore agitatum, plectẽdum delinquentem, videtur velle text. in dicta l. diuus. verſicu. Si verò, &c.
10 ob ſceleris inhumanitatem. † Hunc furentem homicid

micidam non teneri, Albert. de Gand. eius in maleſi. Tracta. tit. de homicid. & eorum pœnis. nume.
11 21. autumat. † Quoad autem dormientem, nõnulli in hanc pellũtur diſtinctionem, vt ille, cuius is eſt mos, quòd nõ præcauerit, teneatur quidem, ſed non aliàs: Angel. eius in maleſi. Tracta. in verb. cõ-
12 parent dicti inquiſiti. nume. 21. † Dormientẽ enim ferè furioſum, & ſine mente eſſe itum eſt: cap. maiores. extrà, de baptiſ. Scithæ autem iudicia tollũt, qui aliter ſentiũt, quòd bonum ab iniquo, vix ſecernere noſcantur.

SVMMARIVM.

1 *Ebrius mitius homicidio plectitur.*
2 *Magna ebrietas excuſat.*
3 *Parua ebrietas non excuſat.*
4 *Contractus ebrij valere non creduntur.*
5 *Ebrietas à delinquente & proponenda & probãda.*
6 *Quid de ebrio innoxio.*

REGVLA CXVI.

1 EBrius † (quum pauci abſtemij, aut Romuli hodie inueniantur) quem occidens, non vltimo, ſed mitiori ſupplitio, Iudicis arbitrio coërcetur, ob cul-
2 pam: quod incedere creditur, † quãdo magna ebrietas adeſt, ob Bacchi igneam naturam, hoc colore ebriũ depictum, inflammãtem: tex. in l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re militari. & gloſſ. in l. j.

in

in verbo, temulẽtia.C.ſiquis Imperatori maledixer.& ca.luxurioſa.cum tota diſtinct.xxv.diſtin. & ca.ſanè.& ca.inebriauerunt.xv.quæſtio.j. Bald. in l.data opera.num.6.C.de his, qui accuſare non poſſ.latè Ang.eius in malef.Tract.in verb.ſciẽter,
3 nu.17. vbi Auguſti. † Sin exigua ebrietas legatur, haud minuetur pœna: Angel.loco præalleg.quia hic potiùs impetu, inconſideratè, & inconſultè commiſſum id genus crimen,quàm culpa, & fertur,& videtur; Bartol.cum text.in l.reſpiciẽdum. §.j.verſic.delinquunt.ibi,Impetu.ff.de pœnis. vbi
4 †contractus ebrij ſubſiſtere non creditur.† Ebrie-
5 tas autem hæc, à delinquente probanda, nedum proponenda venit: vt notatur apud Bartol.in d. §.delinquunt.Rom.in l.j.in princ.de verb.oblig.
6 & alij in l.dolum.C.de dolo. † de ebrio innoxio, Albert.de Gandi.eius in malef.Tract.tit.de homicid.& eorum pœnis.nume.21.

SVMMARIVM.

1 *Ioco quempiam exanimans, mitius punitur.*
2 *Crimen ignorantia commiſſum, iuris aut facti, naturalis vel poſitiui, quî puniatur.*
3 *Errore commiſſum crimen, an & quando puniatur.*

REGVLA CXVII.

1 IOco † quempiam exanimans, de homicidio nõ tenetur, ſed mitiùs, ratione culpæ, punitur: Angel.eius in malef.Tracta.

in

2 in verb.ſcienter,nume.17. † De crimine ignorantia commiſſo,iuris aut facti, iuris inſuper naturalis vel poſitiui,iuſta denique vel iniuſta ignorantia, tex.cum gloſſ.& Doctor.in l.ex maleficiis.§.j.verſi.longè.in verb.ignorans.ff.de actio.& oblig. idem Angel.in verb.& appenſatè.nume.2.vbi Auguſt.& Albert.de Gandi. eod.Tract.tit.de homic.
3 & eorum pœnis. nume.22.vbi † de ignorantia & errore,homicidio perpetrato,Hyppol.de Marſil. eius in Pract.§.nunc videndum.nume.15.& §.aggredior.numero 53.

SVMMARIVM.

1 *Superbia,indignationéve,quem exanimās extraordinariè plectitur.*
2 *Qui iracundiæ calorem allegat,probet.*
3 *Impetu quem occidens,qui puniatur.*

REGVLA CXVIII.

1 QVi † ſuperbia lactatus, aut indignatione pellectus & pulſus, quem exanimarit,aut aliàs deliquerit, extraordinariè plectatur: notatur apud Bartol. in l. reſpiciendum.§.j.verſic.delinquunt. ff.de pœnis. Bald.alleg.in l.j.C.de fide inſtru. & Ioan.Andr.in c.accepimus.eod.titu.gloſſ.vlti.in l.j. C.ad legem Cornel.de ſycar.Qui autem hoc velamento vtun
2 tur,vt † ſe calore iracundiæ,crimen cōmiſiſſe dicant,id probare habent neceſſe:notatur apud Bar. in

in d.§.delinquunt. ex c.ſignificaſti. de diuort. ad
3 hoc alleg.† Deeo, qui impetu in homicidij crimen irrepſit, tangit Albert.de Gandin.eius in maleſ.Tract.in tit.de homic.& eorum pœnis. nu.21.

SVMMARIVM.

1 *In delictis atrocioribus, ſolus affectus punitur: & numero* 12.
2 *Error typographi antiquus.*
3 *Affectus, non effectus inſpicitur: & nume.*14.
4 *Alij iuxta attentata in minoribus & actus proximitatem puniri crediderunt: & id extraordinariè: & numero* 5.
6 *Quî quis dicatur peruenire ad actum.*
7 *Iudex pro proximitate actus medelam adhibet.*
8 *Lex Cornelia de ſycar. diuerſimodè punit.*
9 *Hodie quid, & quando ſolo affectu lex eſt contenta: & numero* 10.
11 *Conſuetudines hodie & ſtatuta, effectum deſiderant: & nume.*14.*&* 15.
13 *Quî, & quando pœnitentiæ ſit locus.*

REGVLA CXIX.

1 ETſi † aliquando in maleficiis, de iure cõmuni, ſolus affectus ſine effectu (quaſi Cynica ſceuritate) puniatur, vt in delictis atrocioribus: l.ſiquis non dicam.C.de Epiſc.& Cleric.l.is, qui cum telo.C.de ſycar.§.item lex Cornelia.Inſtit.de public.iudic.& §.ſeq.in gloſ. in ver

2 in verbo,præparauerit (vbi † properauerit,id eſt accelerauerit,legendum cenſerem)& Barto.con-
3 ſil.x.num.2.lib.ij.vbi † potiùs affectum, quàm exitum inſpici opinatur. Attamen conſil.xxxix.eod.
4 libro.† iuxta attentata, pœnam imponi credidit, maximè in minoribus delictis, ſi ad actum proximum ſit deuentum:Rebuff.in procemi.Conſtitut.
5 regiar.glo.v.num.28.& 30. † Quo caſu, is extraordinariè plectendus creditur: Matth.de Afflict.deciſ.xxj.nume.19.Chaſſan.in Conſuetud. Burgund. in rubric.*des iuſtices*.verſic.*& droicts*. numero 6. cum 4.ſequent.Socin.in eius Fallen.reg.xxxj.Lynceus ac mellitus textus in l.j.in prim.reſpon.ff.de extraordinariis criminib.quo caſu ad corpus non deuenitur:vt regú.xc.ſparſimus.de hac re latè Albert.de Gand.eius in maleſi.Tracta.tit.de pœnis. numer.4.& ſequentibus.his addatur text.in l.j.§.
6 diuus.ff.de ſycar.& ca.furtum. xiiij.q.vj.† Peruenitur autem ad actum,ſiue proximum,ſiue remotum,quotiès ad contumeliam cóquerentis, tranſitur,licet finalis non ſubſequatur effectus. Intelli
7 ge,† vt Iudex ſuo poſsit rem officio , pro proximitate actus,lenire,& medelam adhibere:l.ſiquis aliquid.§.qui nondum.ff.de pœnis.& l.aut facta.§.euentus.eodẽ.nam Iuriſconſul.in dicto §.qui nondum.& præceden.alternatiua vtitur : nec officere
8 creditur d.l.is,qui cum telo.cum ſimilib.†quia id crimen eadem quidem lege,ſed non pœna plecti-
9 tur.† & ita hodie vtplurimùm vtimur.†Niſi forſi-
10 tan lex eſſet ſolo contenta affectu, vt quidam volunt:videatur Guiliel.de Cu.in dicta l.ſiquis non

P dicam

11 dicam.† Attamen conſuetudines & ſtatuta pœnalia, perpetim de delictis re & effectu dotatis ac cõſummatis, intelligi creduntur: Hyppo. in l. j. de ſycar. Angel. & Paul. in l. j. §. hæc autem. vbi eſt text. quod quiſque iuris. Barto. in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugitiuis. Imol. in l. j. de public. iudic. Felyn. & Imol. in c. j. colum. ij. verſi. fallit, octauo & vltim. de præſumption. iuuat Phœniceus text. in l. j. §. qui
12 puero. in fin. ff. de extraordin. crimi. vbi †criminis perfectio, & auſpicium, diuerſa plectuntur pœna: Bald. in l. ſiquis non dicam rapere. C. de Epiſcopis
13 & Clericis. de hac re, & † quando pœnitere reus poſsit impunè, Phœnicea gloſſ. vlti. in l. ea mente.
14 ff. de furt. vbi ſcitè diſtinguit. † Contra reg. noſtræ prius membrum, adferri poteſt Paul. de Caſtr. loco prædeſig. qui ei iuri communi, conſuetudine totius mundi, generali derogatum opinatur, vt nũquàm affectus, æquè ac effectus, quencunque conatum contextum nactus ſit, puniatur. idque poſt Specula. in tit. de accuſatio. colum. vj. numero 7.
15 in fi. Idem tamen Paul. † crimen læſæ Maieſtat. & patriæ oppugnatæ, ab hac conſuetudine excipit: illam conſuetudinem refert & approbat Ange. eius in maleſi. Tracta. in verb. in platea. nume. 3.

SVMMARIVM.

1 *Tranſigere ſuper crimine capitali, licet, & quando.*

2 *Adulterium & ſtuprum, tranſactionem non admittunt.*

3 *Tranſactio quid operetur.*

In

4 *In criminalibus ſanguinem non habentibus, non licet tranſigere.*
5 *Noui l.tranſigere.C.de tranſactionibus intellectus: & nume.6.*
7 *Aliud pactum, aliud tranſactio videtur.*
8 *Ratio differentiæ capitalium, & minorum criminum.*
9 *Accuſator an deſiſtere ab accuſatione poſſit: & de pœna colludentium, deſiſtentium, & de abolitionibus.nu.11.*
10 *Quinque modis paciſci licet.*
11 *Qui deſiſtentes, & colludentes puniantur, & de abolitionibus.*
12 *Calumnioſa tranſactio extrudenda.*

REGVLA CXX.

1 TRanſigere † vel paciſci ſuper crimine
2 capitali (adulterio † & ſtupro exceptis)
licere creditur: l.tranſigere.C.de trãſactionibus.Id'que citra falſi accuſationem, & Turpilian. Senatuſconſ.timorem: Bartol.
3 in l.ij.nume.1.& 2.ff.ad Senatuſc.Syllan.† In præiudicium, putà, iuris tranſigentis, & ne vlteriùs in
4 proceſſu eatur: vt eò loci ille idem ait. † Non item ſuper minoribus criminibus, ſanguinis pœnam annexam non habentibus, citra ſaltem falſi cri-
5 mẽ: vt ibi in ij.reſpõ.id eſt, † quin accuſator in falſi accuſatoris crimẽ præceps cadat, & hæc videtur illius tex.ſyncera & germana lectura & enucleatio: vel aliter dic, citra falſi accuſationem, id eſt,

 præter

præter crimen falſi,ſeu falſi crimine excepto. Tertio enodari poteſt citra falſi accuſationem, id eſt,
6 infrà: vt † in illis tranſigẽdi fas denegetur, in quibus minor falſi criminis pœna indita & impoſita
eſt: quorum meorum & nouorum intellectuum,
7 meliorem ſeliget optimus Lector. † Paciſcendi tamen fas eſſe, gloſſ. in d.l. tranſigere. in verb. non li
8 cet. autumat. † Differentiæ horum criminum rationem forſitan quis exhauriet ex l.j. ff. de bonis eorum, qui mort. ſibi conſci. fauore, putà, ſanguinis, & vitæ redemptionis, quibus nihil charius.
9 † An deſiſtere ab accuſatione fas ſit, videtur text. in l. ſi fœmina. C. ad Turpil. & l. Athletas. ff. ad legem Cornel. de falſ. cum ibi notat. de hac reg. Cæpol. cautel. xij. & magis ſciè, cautel. clxxxviij. vbi
10 † quinque paciſcendi modos enucleat & enodat.
11 † De his deſiſtentibus, colludentibus, déque abolitionibus, videatur Bonifac. de Vitell. eius in maleſ. Tract. tit. de pœna deſiſtentis ab accuſatione. & tit. de colluſione. & tit. de abolitio. quæ omnia, in vnicum titulum coëgit, & lato campo coarctauit: Albert. de Gandi. eius in malef. Tracta. titu. de
12 tranſactio. & pact. in malef. per tot. † Calumnioſam tranſactionem, vtrinque exterminandam, mordicùs tenet Hyppol. de Marſil. eius in Pract. §. oportunè. nume. 87.

SVMMARIVM.

1 *In priuatis criminibus, licet tranſigere & paciſci,*
2 *Si ciuiliter agatur, ſcilicet,*

Si

3 *Si crimen ſanguinis pœnam merebatur:& nu.5.*
4 *Qui paciſcitur in minoribus, fateri videtur.*
6 *Paciſcens infamiam incurrit, & quando.*
7 *Qui paciſcens in ciuili vel in criminali cauſa infamiam euatet.*
8 *Qui paciſcens tacitam confeſſionem euadat.*
9 *Etiam in ciuilibus, infamia infertur.*
10 *Iurans, infamiam non incurrit.*

REGVLA CXXI.

1 IN †priuatis criminibus, & tranſige-
re, & paciſci licere, omnibus in vſu
eſt, & crebriùs itum eſt: gloſſ. in verb.
in aliis autem publicis. in d.l.tranſi-
2 gere.C.de tranſactio.† maximè ſi ciuiliter, & non
3 criminaliter agatur: d.glo.in fin.†Quod accipien
dum crediderim, de crimine ſanguinis pœnam
merente: arg.ſecund. reſponſ.d.l.tranſigere.quod
4 nota, velut nouum.†Reus enim in his paciſcẽs cri-
minibus, & aliis ſanguinis effuſionem non infe-
rentibus, fateri videtur: l.fin.ff.de præuaric.& ibi
gloſſ.& l.ſerui.ff.ad legem Iul.de adulter.iuuat l.
Athletas.§.fina.& l.ſequen.ff.de his, qui notan.in-
fam.Tetigi ſuprà, reg.præced.& reg.xvj. Albert.de
Gandi.eius in malef.Tract.tit.præallega. nume.6.
5 †In priuatis delictis licere autumat, ſed in malef.
pœna ſanguinis exemptis, falſo dempto, non lice-
6 re credidit: nume.5.d.tit.† in illum tamen, pecu-
nia data, infamiam ſerpere & irrepere, ex l.quo-
niam.cum ſequen.ff.de his, qui not.infam. opina-

7 tur.† Quî quis in ciuili aut criminali cauſa tranſigens aut paciſcens, infamiæ labem enatet & euadat ſcitè aperit Cæpol. cautel. xij. & cautel. clxxx-
8 viij. vbi doctè, † & quî tacitam criminis cōfeſsio-
9 nem effugiat paciſcens: † etiam in ciuilibus nedum criminalibus negotiis, infamiam inferri, docet Im. per. in §. ex quibuſdam. de pœna temer. litig.
10 Inſtit. † In reum autem iurantem, infamiam non irrepere, habetur reg. lxx.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitiones de iure nonnunquàm licitæ, ſed hodie non: & nume. 4. 5. & 6.*
2 *Rationes, quibus iure permittuntur: & nume. 3.*
7 *Dux Sabaudiæ, neminem recognoſcit.*
8 *Dux Sabaudiæ, ab Imperatoribus ortum habet.*
9 *Ratio prohibitionis præſumpta.*

REGVLA CXXII.

1 Compoſitiones † in delictis antiquis (in quibus mitiùs agitur: l. ſi diutino. ff. de pœnis) & eorum, qui longo abſfuerūt tempore admitti, itum crebriùs eſt:
2 Matth. de Afflic. deciſ. cclxxxvij. † ídque ob exiliū longæuum, pauperiem indè enatam, & actam pœ-
3 nitentiam: vt ibi, nume. 5. Eòdem res recidit, † ſi alia iuſta in apricum adferatur cauſa: hoc tamen
4 in ſuæ Altitudinis Regno & Ducatu, † omnes id genus criminum capitalium, & minorum, compoſit

poſitiones (præter antiqua ſtatuta, in eo abrogata & exibilata) in Caſtellanorum curia, per ſtilum ſupre. Sabaud. Senatus, artic. cccxxix. arceantur, ac
5 ſolo adæquantur. † Quoad verò aliorum Iudicum authoritatem, ne mica quidem eò loci, ſed articu.
6 cccxviij. pari paſſu inceditur: † omnium enim eò loci criminum, cōpoſitio ſopita eſt, & à Iūdicum
7 authoritate exempta, & vetita. † Potuit etenim illuſtriſſ. & inuictiſſ. noſter Dux & Princeps, iura communia eliminaſſe, expuliſſe, exanimaſſe, ac è ſuo regno, radicitùs extirpaſſe, & ſtirpitùs abrogaſſe, & noua ac recentia edidiſſe, qui, Dei gratia, ſolum Deum, non hominem quenquam (vt plures huiúſce ſeculi Principes faciūt) recognoſcat,
8 & meritò, † qui ab æuo, ex inuincibilium Impera-
9 torum ſanguine, originem ducat. † huiuſmodi autem compoſitiones prohibitas, crediderim, quò delicta pœna donentur condigna, nec pecunia luantur, ſed arceantur, deterreantúrque homines à delictis.

SVMMARIVM.

1 *In ciuilibus cauſis, Iudex poteſt partes ad pacem reducere, & adeſſe.*

2 *Secùs in criminalibus, donec reus pœnam condignam tulerit.*

3 *In Iudicem in criminibus, an poſſit compromitti.*

REGVLA CXXIII.

1 ETſi † in cauſarum ciuilium compromiſſo, quò finis ipſis partium pacto imponatur, Iudex adeſſe queat: l. j. §. & poſt operis. ff. de noui operis nunciatione. l. æquiſſimum. in principio. & ibi gloſſa
2 iiij. ff. de vſufruct. Attamen † in criminalibus, ad pacem partes, tantiſperdum fuerit reus pœna cõdigna beatus & decoratus conuocare, & pactioni adeſſe nequit: gloſſ. iij. in l. tranſigere. ibi, Sed illud eſt, &c. C. de tranſactionib. vbi Bald. & Salicetus. Bald. in l. cùm affirmes. C. de liber. cauſ. Salicet. & Iaſon. numer. 7. & 8. in Authentic. ſi verò contige-
3 rit. C. de Iudic. vbi † de compromiſſo in Iudicem: notat. apud Bartol. in l. ſi vſusfructus. §. vltim. ff. de vſufruct. & quemadmodum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non egreditur perſonam delinquentis.*
2 *Excipiuntur crimen læſæ Maieſtatis, priuil. &c.*
3 *Hæc regula procedit etiam in pœna pecuniaria nõ declarata.*

REGVLA CXXIIII.

1 POena † delinquentis perſonam, non euolat, vt ne quidem in hæredem, ne dicam perſonam coniunctam, migret: l. ſi pœna. & l. crimẽ paternum. ff. de pœnis

nis.l.ſancimus.C.eodem.§.penulti.Inſtitut.de noxa.actio.l.j.in princip.ff.de priuat.delict.l.vnic.C. ex delict.defuncto.§.pœnales.Inſtitu.de actionib. Guid.Pap.ſing.dcccc xiiij.in fin.Ezech.capi.xviij. text.in l.reſcriptum.ff.de his, quibus vt indig.tex. cum gloſ.in cap.ſi canonicè.§.fin.extrà, de officio ordina.& Clementi.j.vbi Cardin.de Iudæis.Soci. cius in Fallen.regu.lxxxj.gloſſ.tamen vnica in di-
2 cta l.crimen.† læſæ Maieſtatis crimé, priuileg.& quoſdam alios caſus hác regulam non ſepire,nec ambire autumat:vt ibi per eam.Guid. Pap.ſingul. prælegato.§.vltimo.Socin.in ſuis Fallentiis, reg.
3 ccxcj. † Quod procedit etiã in pecuniaria pœna necdum declarata,quia ea ad hæredes nõ migrat: præcipuè in hoc Sabaudiæ regno,vt ſtatuti Sabaudiæ.titu.clviij.libr.ij.Barto.in l.defuncto. numer. 2.ff.de publi.iudic.Deguſtabo infrà,regu. cxxviij. numer.3.

SVMMARIVM.

1 *In delictis ſoluendo non exiſtens,extraordinariè punitur.*
2 *Etiam in priuatis,nedum publicis criminibus.*
3 *Si via extraordinaria eatur.*
4 *Siue reus ſciret ſe non ſoluendo,ſiue non.*
5 *Cautela pro condemnato,ne pauper in carcere moriatur.*
6 *Quãdo corporea pœna ſubrogetur,ad cuius requiſitionem,an eadem ſententia, & intra quod tempus, reus ſoluere teneatur,& ſimilia.*

7 *Reo inuito, de ipſius bonis poteſt ſolui, vel ab extraneo: & nu. 9.*
8 *Hi rei fideiuſſoribus non relaxantur.*
9 *Tertius vel extraneus, pro reo ſoluens, vel eo inuito, repetit.*

REGVLA CXXV.

1 OB † delicta ad mulctam condemnatus, ſoluendo non exiſtens, coërtionem extraordinariam & corporalem patitur: l. j. §. generaliter. ff. de pœnis. gloſſ. in capitu. ſi res. in
2 verbo, cruciatus. xiiij. quæſtion. vj. † Quod vel in priuatis, nedum in publicis locum & ſedem habere, Vlpian. eò loci affirmat. Quod ſic accipias ve-
3 lim, † ſi via extraordinaria & criminaliter (vt ita loquar) agatur: hoc vult Vlpian. in verbo, qui extra ordinem. & gloſ. in verb. vel priuatorum. in dicto §. generaliter. per textum Lynceum in l. vlti.
4 de priuat. delict. † Et hæc ſiue ignorans, ſiue ſciens ſe debito pauperiorem, quintæ claſsis, & non ſoluẽdo, in crimen irrepat, & labatur: vtroque enim caſu, pœnam pecuniariam reus deludit, quod Vlpiano non arridet: gloſ. in verb. deludunt. in dicto
5 §. generaliter. & ibi ſybilinè Barto. † Quòad mulctam pecuniariam, ex crimine condemnatus, nõ pereat, nec moriatur in carcere, extat Cæpo. Cau-
6 tel. iij. vbi † quando corporea pœna ſubrogetur, & ad cuius requiſitionem id fiat, & intra quod tẽpus, ſoluere debeat, edocet, & an eadem ſententia, & quando ſoluere habeat reus neceſſe, quódque monitio

nitio ac bonorum perquiſitio,ſit facienda, Babylonio campo inſectatur & venatur Angel. eius in maleſi. Tracta.in verb.quas ſi non ſoluerit. verſic. quid autem.numer.6.& ibi Auguſt.& in verb. qui dominus Iudex.num.42.cum ſequentib. Tangam
7 infrà,regul.clxvij.numer.9.Et certè † reo inuito, etiam de ipſius bonis, poteſt vel per extraneum, ſolui,ob publicum iuris communis intereſſe: argumen.l.non tantùm.ff.de appellation. Angel. in verb.quas ſi non ſoluerit.numer.22.& 23.idem voluit Hyppol.de Marſi.eius in Practi.§.vltima. nu-
8 24.Adde, quòd † fideiuſſoribus hunc laxandum non eſſe,crebriùs itum eſt:Angel.in verbo, quod fama publica.nu.67.& ibi Auguſt.& locis præallega.quod hodie non crederem obſeruari,nec abs re:nam cautio idonea præſtatur,quæ aut reum ſiſtere & repræſentare in ſtatu,vt aiunt,aut eius nomine mulctam & impenſas perſoluere,habet neceſſe,iuxta eius cautionẽ.Dicam infrà, reg.clviij. hæc reg.vltra præc.pondus accipit ex l.j.§.fi.ff.de pœnis.& l.quicunque.§.quòd ſi.C.de ſeruis fugit. & l.quòd ſi minor.§.ſi ſeruus. ff.de minorib. & l.
9 fin.ff.de in ius vocan. † de ſolutione tertij, reo inuito,facta,& eius repetitione, ſcitè Paul.de Caſt. in l.non tantùm.in princip.ff.de appella.qui allegat not.in l.Stichus.ff.de pecul.leg.& Bald.in l.fi. de neg.geſtis.huic reg.addatur reg.clxvij.à nu.9.

SVMMARIVM.

1 *Morte rei,crimen extinguitur,niſi:nume.2.*

In

ret.C.de hæretic.vide gloſſ.vltima.in fin.ex teſtamento.C.de teſta. manumiſſ. & gloſſ.ij.C.ſi reus vel accuſa.mort.fuer.vbi de hac noſtra regula, & apud Guid.Pap.ſingul.ccccxxxv. & Auguſt. apud Angel.in malef.Tracta.in verb.qui dominus Iudex videns.nume.47.& nume.48.vbi de hac regu.
4 & de rei defuncti cadauere.vbi † rei defuncti hæredem, ad ipſius innocentiam purgandam, pro-
5 ceſſum criminalē proſequi poſſe opinatur.† Creditur autem in d.l.vltima, reī cadauer ſub furcis & patibulo, ſepeliri poſſe(& id Iudicis arbitrio relinquit Bald.in l.ij.C.quī teſtam.facere poſſ.)arg.eorum, quæ notan.in can.mulier.xv.quæſt.j. & in l.
6 j.C.ad legem Iul.repetun.† Id'que in exemplum, & ad delinquētium terrorem:iuuat tex.in l.ſiquis fortè.verſi.ſiquos comitum.ibi, Vt exemplo deterriti.ff.de pœn.de hac re, & cadauere, videatur Rebuff.in proœm.Conſtitut.regia.gloſſ.v. nume.54. & Chaſſan.in Conſuetud.Burgund.in rubr. *des iu-*
7 *ſtices.*verſic.*& droicts.* nume.62.vbi † de ſeipſum exanimante, & tit.*des confiſcations.*§.j.verſic.*il con*
8 *fiſque les biens.*à nume.5.ad fin.vſque. vbi † de Sacramētis, ſepultura, & annotomia cadauerum cōdemnatorum, vt inconſulto Principe non ſepeliātur quàmuis id haud in vſu legatur: vide etiam rubr.& text.ff.de cadauer.punitor.per tot.vbi la-
9 tè † quando damnatorum corpora, ſepelienda parentibus concedantur, ſi petierunt:miſſus non fiat do.de Ripa, in Tract.de peſte.in parte remed.
10 peſtis.fol.40.ibi, An autem. vbi latè & ſcitè † de horum corporum annotomia, & an Iudex ea Medicis

dicis tradere poſsit,& plura alia notab. Deguſtabo infrà, reg.clxv.vbi de appellationis tempore, moriente reo, & delibatur in l.obnoxius. C. de Religioſis, & ſumptib.funer. his addantur notat. apud Bartol.in l.defuncto. ff. de public.iudic. vt
11 †non debeant ſuſpendi, † ſed Iudices iniuriarum
12 actione teneantur,qui talia cadauera ſuſpẽdi mandant: nota.in l.ij.C.qui teſtam.facere poſſ. Imol. in d.l.defuncto. Tetigi reg.lxx.de huius reg.materia, Babylonio campo Angel.in eius malef.Tract. in verb.præſente dicto Caio. verſic. quid ſi reus moriatur.nume.34.cum ſequen.& in verb.qui dominus Iudex videns.verſic.& prædicta. nume.41.
13 cum ſequen.vbi Auguſt.† qui regulam hanc in publicis,non in priuatis,ſi in his lis fuerit conteſtata,aut pro tali habita,procedere credidit:ibidem, nume.42.text.cum gloſſ.mag.in l.vnica.C.ex delict.defuncto in quant.hæred.conuen. vbi Bald.&
14 l.j.vbi Bartol.ff.de priuat.delict.† De contumace inſuper,habetur eò loci,nume.45.vbi quid ſi mortuus fuerit ante vel poſt ſententiam interlocuto-
15 riam,aut definitiuam.† De inuento in carcere exa
16 nimato,tetigi regu.lxx.in fin.† Quod de crimine diximus hac in regula, pœnam ſepit & ambit, ne ad hæredem migret:Lynceus tex.in l.ſi pœna. ff.de pœnis.& quid de confiſcatione, text.eſt in l.vlti. ff.de accuſatio.Tangam reg.clxviij.

SVMMARIVM.

1 *Criminum accuſationes,viginti annis tollũtur,quibuſdam*

buſdam exceptis:& nume.2.

3 *Quod, quoad indendam pœnam, non indita decla-rationem accipe.*

4 *Non procedit in pœnis ſpiritualibus.*

5 *Bonorum publicationis actio, quinquennio tollitur, & à quo tempore currat:& nume.6.*

7 *Defuncti hereditas, heredi non vlciſcenti, aufertur, & Fiſco applicatur.*

8 *Heres, à tempore ſcientiæ & potentiæ, tenetur vl-ciſci mortem occiſi.*

9 *Litera* de ſurceance *ferè inuſitata, in criminalibus.*

REGVLA CXXVII.

1 CRiminum † actiones, ſeu accuſationes, viginti annorum lapſu, interimi, & exanimari, crebriùs itum eſt: Phœniceus & ad hoc natus text. in l. querela. in fin. C. ad legem Corneliam de falſ. gloſſ. vlti. in l. incognita. ff. ad Senatuſconſultum Syllanian.

2 Crebriùs ideo dictum eſt, † quòd nonnulla crimina, vno (vt iniuriæ) intereant anno, alia quinque, quædam & communiter viginti, denique triginta extinguantur, alia ad imum ſint perpetua: gl. j. & ij. & ibi ſcribentes in d. l. querela, & Palladius ille

3 Bart. deguſtat in dicta l. querela. † Hæc procedũt, quoad pœnæ futuræ inditionem, non item quoad impoſitæ declarationem: inducitur ad hoc text. in c. ſi qui exigentibus. in fin. de præſcriptionib. in vj. vbi Petr. de Anchar. Guttulam ſparſi. reg. cxxiiij.

4 numer. 3. Nec inſuper † noſtra hæc robur habere

credit

creditur regula, in pœnis ſpiritualibus imponen dis, vt nec in earum executionibus: notatur apud Barto. in dicta l. querela. quòd nulla tunc præſcriptionis vis, ſedem habeat: adducitur Bald. in l. fin.
5 C. de ſacroſanct. Eccle. † Quoad autem bonorum publicationē, actio quinquennio perimi & extin gui creditur: Phœniceus fertur text. in l. in cognitione. ff. ad Senatuſcōſul. Syllanianum. & ibi not. Anto. Bart. in annotatio. ad Barto. in annotatio. j.
6 † quod quî accipi oporteat, & à quo tēpore quinquennium illud volitet, ſcitè enucleat Bart. in di cta l. in cognitione. nume. 3. & l. j. C. vbi cauſ. fiſcal.
7 & l. j. C. de his, quibus vt indig. vbi † de hæreditate, necem defuncti hæredi non vlciſcenti, vt ab indigno auferēda, & Fiſco applicāda, cum fructibus,
8 & ſimilibus: † vlciſci autem hæres tenetur, ſciens & valens: vt gloſ. in verb. reddere. in dicta l. j. C. de his, quibus vt indig. in quo omnes ſcribētes, vt mu
9 rus aheneus ſunt, & ferrei. † Quoad autem literas, quas vocant *de ſurceance*, in criminalibus inconditas ferè videmus per non vſum, quò delicta puniātur: niſi reus Principem inſequeretur de ipſius mandato.

SVMMARIVM.

1 *Sententia criminalis quî feratur: & 2.*
3 *Condemnandus reſtringi ſolet.*
4 *Ante cōdemnationem, ſolet executor iuſtitiæ adeſſe.*
5 *An decem appellationis dies ſint expectandi: & 7.*
6 *Damnatus, vlterius non auditur.*

Mulier

8 *Mulier grauida non eſt ſtatim exequenda, vt nec torquenda: ſed hoc caſu quadraginta dies expectantur: num. 9.*
10 *Quid fiat etiam hodie, reo condemnato appellante, qui & quando ad Iudicem appella. dicatur. & nume. 11. & 12.*
11 *Grauamina appellans, ore proprio dicit.*
12 *Apellans a ſententia pecuniaria, quî ducatur.*
13 *Appellare pro reo, quilibet poteſt: quod nõ vidi adhuc obſeruari. num. 14.*
15 *Hoc non videtur procedere in mulcta.*
16 *Sententia in criminalibus, non reuocari, ſed declarari poteſt: & num. 17.*

REGVLA CXXVIII.

1 SEntentia † criminalis, Iudice pro tribunali ſedente, in loco maiorum pronuncianda venit, ſaltem per loci Scribam, Iudice mandante & ſedente: l. cũ ſententiam. C. de ſententiis & interlocu. omnium
2 Iudicum. † Hodie ſolet Iudex ſententiam in parua ſcriptura (quam dictum vocant) Scribæ tradere, qui eam in formam authenticam, cum proceſſus partium viſione, reducat tandem in iudicio, vt ſuprà, pronuncianda: artic. lxij. cum ſequen. ſtili ſupre. Senat. Id'que, die audientiæ, vt plurimùm, maximè in definitiuis, in Procuratorum partium prę ſentia. Ea autem iterùm in carcere detento pronũciatur per ſolum Scribam, vel etiam Iudice præſente. Tangam infrà, regu. clv. Sed eò ventum eſt,

3 quotiès cōdemnationi locus eſt,† vt à Procuratore Fiſcali,reſtringi,& cautiùs,quàm anteà cuſtodiri, reus requiratur,quòd Iudex viſo ſaltem proceſſu,priùs,quàm ad ſententiæ pronunciationem eatur,ſolo ſolet etiam verbo,iubere,ſi de graui ſaltem pœna agatur,& quò ſecurior ſit ſentētiæ exe-
4 cutio,non illuſoria.† Solet inſuper viſo proceſſu, & priùs,quàm ad ſententiæ pronūciationem deueniatur,iuſtitiæ executor adeſſe,quò, ſi reus non appellet,eadem die & mox,morti & aræ reus dicetur:iuuat l.cōſtitutiones.ff. de appellationibus. l.cum reis.C.de pœnis.& l.fin.C.de cuſtodia reorum.faciunt quæ tradit Angel.eius in malefi. Tracta.in verb.& ibi caput à ſpatulis amputetur. nu.
5 25.vbi†quærit,vtrùm expectandi decem appella tionis dies veniant,nécne:& quàmuis de iure expectari ducat,aliter tamen Bartol.ex conſuetudine
6 obſeruari credidit:vt hodie fit,† Quòd damnatus vlteriùs non audiatur,iuuat l.ſiquis fortè.ff.de pœnis.nequidē ſi de Principis ſalute quicquam pol-
7 liceatur,vt dicam regu.ſeq.† An ſtatim executioni mandetur ſententia criminalis condemnatoria,diſtinctione rem Albert.de Gand.eius in malefi.Tracta.titut.de pœnis reorum.nume.49. enucleat,vt ante decem dies,nō, quàmuis hodie alia, vt diximus, ducamur via, ſed poſteà mox poſsit:
8 † niſi ſit mulier grauida,tunc enim partus tempus expectandum.Idem creditur in quæſtione ei infligenda:text.cum gloſſ.vlti.in l.prægnātis.ff.de pœ-
9 nis.vbi Barto.† Et in quæſtione habenda, quadrageſimus à partu,dies,debilitationis cauſa expectādus

dus venit: Hyppol. de Marſil. eius in Practic. §. nūc videndum. nu. 47. & ſeq. Nec cogitur tunc mulier venire ad ferendum teſtimonium: ibid. nume. 40. Reos dānatos cuſtodiri per aliquod tempus, Lynceus eſt text. in l. qui vltimo. ff. de pœnis. vt ſi ad
10 alios detegēdos, is torquēdus veniat. Sin† ad appellationem velut ad deos confugiant cōdemnati, ea literis conſignanda eſt, quò mox ad appellationis Iudicem, ſi vel de quæſtione, vel corporea pœna, verba fiant per Officiarios minores, ligati, & equi
11 tes, † grauamina ore proprio dicturi deducantur.
12 † Quòd ſi ſola pecuniaria pœna vertatur, conſignando, aut aliàs idoneè cauendo, ſi Iudici appellationis videatur, iter ipſis pro carceribus conſtituetur & dabitur, quò ad Iudicē appellationum, minori impenſa, grauamen euomituri migrent,
13 & quaſi volitent. † Auditur autem & admittitur appellatio, non ſolùm ipſo reo, ſed & quouis tertio appellante, vel reo reſiſtente: l. non tantùm. ff.
14 de appel. † Sed hoc meo tempore non euenit, nec obſeruari audiui: humanitatem tamen habet, & æquo ac bono fultum: de hac appellationis mate-
15 ria, infrà, ſuo loco reg. clxiij. cum ſequen. † Sed ratio l. nō tantùm. pecuniariam pœnam ſepire non videtur. De hac appellatione tangam adhuc infrà,
16 reg. cxxxix. à num. 14. † Iudex autem, ſuam ſenten
17 tiam, non reuocare: l. diui fratres. ff. de pœnis. † ſed declarare poteſt: l. ſi Præſes. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Morti dicatus, nec ſi de Principis ſalute quicquam*

ſe dicturum promittat, auditur.
2 *Ratio huius regulæ.*
3 *Non eſt bonum, celare malum, quò caueatur.*
4 *An ſtatim executio ſit facienda, non expectato decem dierum lapſu.*
5 *Quòd ſic, & ita vtimur: nume. 6.*

REGVLA CXXIX.

1 MOrti † ac aræ dicatus, vlteriùs audiri, ne quidem ſi de Principis ſalute, quicquam ſe euomiturum & inſtillaturum polliceatur, non debet: l. ſiquis fortè. ff. de pœnis. rationem ibi adfert Vlpian. vt tunc demùm ne quidem differenda ſit executio, ne dicam remittendus ad Principem, putà, † quòd
2 eludendæ pœnæ ergò, id fiat, qui maiore dignus pœ-
3 na videtur: † quòd tandiu Principis ſalutem celauerit, ac abdiderit, nec eam in apricum & lucem eliminarit: iuuat text. in titu: de noua forma fidel. verſic. etſi ſciuero. & ibi gloſſ. in verb. nunciabo.
4 in vſib. feud. quem text. phœniceè adduco. † An condemnatus ſtatim trucidari debeat, appellationis decem dierum ſpacio non expectato, dixi re-
5 gu. præced. † Quòd extemplò exequenda veniat ſententia, videtur velle text. in l. cum reis. C. de pœnis, vbi aliam Imperat. rationem, ne, putà, ſupplicandi anſa, reo conuicto, cõcedatur, cõtexit, &
6 ita vtimur, ſi appellatum non dicatur. Adde † non differendam executionem, deſperationis timore, bene enim corporis plumbum perdetur, ſi in animæ

mæ auream ſalutem, vertatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, defuncti necem vindicans, excuſatur, & quis: & nume.2.*

3 *Defuncti aſſertio, extraneum hæredem nō excuſat: gloſſ. tamen in contrarium pellitur: nume.4.*

5 *Qui accuſare poſſint, citra calumniam.*

REGVLA CXXX.

1 HAeres † defuncti necem vindicans, à calumnia, hinc & expenſis, excuſatur:
2 l.ij.C. de calumniato. † quod ita demùm procedere videtur, ſi legitimorum hæredum, & propinquorum numero, includatur, non ſi extranei hæredis nomine decoretur:
3 d.l.ij. † nec ſide mortis ſuſpitione, defunctus cauerit: vt ibi in text. gloſſ. tamen j. & penult. ſolam
4 defuncti cautionem, id eſt, aſſertionem, hinc † & ſuſpitionem, extraneum hæredem excuſare velle
5 videtur: ſed vide illum tex. & cogita. † Qui autem citra calumniam accuſare poſsint, rècenſet gloſſ. j. in dicta l.ij. De vi & neruis cautionis, ſeu aſſertionis læſi, guttulam ſeuimus regula xxxiij. cum duabus regul. ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Libidinē cū bellua exercēs, moritur, & ea cum illo.*

2 *Animal, cur morti dicetur.*

REGVLA CXXXI.

1 Libidinem † cum bellua exercens, morte moriatur, & bellua cum eo exterminetur: text. Phœni. in can. mulier. xv. quæſt. j. † Animal autem illud, nõ quòd
2 in dolo aut culpa ſit aliqua, ſed ad tam tetri, nefandi, & execrabilis facti, abolendam & exterminandam memoriam, moritur, vt ibi diuus Auguſtinus ait: pro hac regul. extat Lex Diuina, Leuit. xx. guttulam ſparſit Rebuff. in proœm. Conſtitu. regia. in gloſſ. v. nume. 46. Deguſtabo infrà, regula ſequenti. nume. 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 *Animal brutum delinquens, pro delicti qualitate, coërcetur.*
2 *Porcus pueros comedens, punitur.*
3 *Animalis dominus, illud tradere iuſtitiæ, tenetur.*
4 *Animal brutum, ratione & iudicio caret.*
5 *Ratio, cur puniatur.*

REGVLA CXXXII.

1 Animal † brutũ, ſi in aliquod ſcelus præceps cadat, pro delicti qualitate, ad animalis rationalis effigiem & ſimilitudinem, pœnas dat, luit, & ſubit: can. mulier. xv. quæſtio.

ſtio.j.Exod.xxj.& xxxix.eod.& Leuit.xxj.refert &
2 ſequitur Guid.Pap.deciſ.ccxxxviij.vbi † de porcis pueros comedentibus,& iumento hominem exa-
3 nimante.† Tunc autem, brutum illud à domino, iuſtitiæ,puniendum,& liberabitur & tradetur: vt ibi per Guidonem Pap.horũ guttulam ſeuit Pet. Rebuff.in proœm.Conſtitut.regia. gloſſ.v. num. 46.vbi plures eiuſdem farinæ cumulat ſcribẽ.Sed hæc exempli cauſa,& ſcandali ratione, fiunt. Et-
4 enim † animalia bruta,& rationis expertia,executori ad coërcionem & exanimationem tradere, eſt quaſi,quoad hoc,boui clitellas,& Feli veſtimẽtum,ſalua correctione, quòd & iudicio & ratione careant,nec moriendi modum & genus, ſecer-
5 nant:† ſed ſcandali, vt diximus,cauſa id fit, & ad terrorem,& ne ſeruetur vitrum, deperdita gẽma. Micam habet præcedens regula circa finem, vbi abolẽdæ, ac exterminandæ ſceleris memoriæ cauſa adfertur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna extraordinaria, ordinariam non tollit, nec econtrà:& num.2.*

3 *De condemnationibus aſſiſiarum, & contumacialibus.*

4 *Iudicium ordinarium,extraordinario non officit, nec econtrà.*

5 *Vno iudicio terminato,aliud auſpicatur.*

REGVLA CXXXIII.

1 POenam † extraordinariam, communi calculo ordinariam accuſationem
2 nō tollere itum eſt.† Hinc in mulcta pœnę nomine condemnatum, delicti ordinariam non effugere creditur: argumen. text. in l. licet. ff. nautæ, caupones, ſtabul. Phœnicea glo. vlti. in fin. in l. nullum. C. de teſtib. Guid. Pap. ſing.
3 dccxciiij. verſicu. prætereà. † Quod nota, pro condemnationibus aſsiſiarum, & pœnarum cōtuma-
4 cialium. † Iudicium inſuper ordinarium, extraordinario nō officere, nec ecōtrà, videtur vellé tex. in l. indè Neratius. §. ſi dolo. ff. ad legem Aquiliā.
5 iūcta l. j. C. quādo ciuil. actio crimi. præiud. † Vno enim terminato, aliud auſpicari prohibitum non eſt. Guttula huius rei ſpargitur in regu. ſeq. cū alia.

SVMMARIVM.

1 *Quādo ex vno facto duplex crimen manat, vno terminato, aliud puniri poteſt.*

2 *Cautius Iudex fecerit, ſi eodem modulo omnia trutinet.*

REGVLA CXXXIIII.

1 QVotiès † ex eodem fonte ſeu facto, duplex ſcaturit & manat crimen, vt ſi cū ſorore aut alia coniuncta perſona, adulterium (quæ malum) cōmittatur,

vno

vno terminato,aliud impunitum nõ remanebit: l.vbi de crimine.ij.reſpon.verſicul.ſi tamen.C.de
2 accuſationib.† cautiùs tamẽ & commodiùs fecerit Iudex,ſi eodem modulo, eadémque inſtãtia & proceſſu,de vtroque inquirat, & vtrunque pœna exterminet & trutinet condigna : iuxta prudens & laudandum Imperat.conſilium,in dicta l. vbi. verſic.Iudex autem,&c.ad finem vſque.& qui aliter vtitur,Scithæ iudicia tollit,nec aurem mordaci lotus aceto,incedit, quum extenuandarum litium & inſtantiarum libido,omnibus innata, & in vdo eſſe credatur.

SVMMARIVM.

1 *Quando ciuiliter & criminaliter agi poteſt, an & quando vnum iudicium praiudicet alteri: & num. 2.& 3.Et quid proteſtatio proſit.*

4 *Hodie qui incedatur.*

5 *Ciuilis actio criminalem accuſationem nonnunquã ſuſpendit.*

REGVLA CXXXV.

1 QVtiès † duplici via,ciuiliter,putà,& criminaliter, agi poteſt, vna mota, an & quando alteri præiudicium paretur & inferatur,quidque proteſtatio vtilitatis præſe ferat,deguſtat Imper.in l.vnica.C.quando ciuil.actio crimi.præiud.vbi mellitè Bart.diſtinctione rem enucleans & depingens,& Roma.

Pontif.in c.qualiter & quádo.el ſecond.extrà, de accuſationi.& Cæpol.cautel.xxx.& cautel.xxxiij.
2 Micam ſatam leges in regu.cxxxiij.in fin. † Et an vno iudicio terminato,ciuili putà,aut criminali, aliud exerceri queat,belliſſ.per plures plurium di ſtinctiones & allegationes, Angel.eius in malefi. Tracta.in verb.& ad querelam Titij.numer.85.& ſequen.& numer.89.vbi Auguſt.latè.& ibi deguſtat Hieronym.Chucalon, quos videre neminem pigeat:ſcribent.latiſſ.& Babylonio campo in l.j.
3 C.quando ciuil.actio.præalleg.Creditur autẽ †ciuiliter conuentus,criminalem pœnam expaueſcere:Specul.titul.quæ pœna per inquiſ.numer.2.lib. ij.quòd accuſatorem tunc non habeat:l.reſcripto. §.ſiquis accuſatorem non habeat.ff.de muneribus
4 & honoribus.cum ſimilib. Sed † vix hodie euaderet,quin id genus proceſſus, poſtquàm eſt à partibus in cauſa concluſum, Procuratori Fiſcali,pro domini iuribus expiſcandis, ſoleant tradi & communicari, qui cum Aduocati Principis conſilio, viſis actis,pœnam delicto congruam,ſi probatum illud viderit, requirere ſolitus eſt, & interim vt reus recludatur,quò ſecurior feratur ſententia, id eſt,ipſius executio ſit ſecura.Tetigi reg.præced. &
5 reg.cxxxiij.Aliquando etiam † proceſſus criminalis,ciuilizatur,vt aiunt : quo caſu,ciuilis actio ſuſpendit criminalem accuſationem, & tandem ſimul & ſemel in vtroque concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Cautela pro reo,quò mitius puniatur.*

Semel

2 *Semel, vel leuius æquo, damnatus, pro eodem crimi ne, nec ab alio Iudice, vexatur.*

3 *Quando id locum habere poſſit.*

4 *Appellatur aliquando, à minima.*

REGVLA CXXXVI.

1 QVi † in crimen quoduis incidit, quò leuiùs & mitiùs puniatur, Iudicem mellitum, amicorum pulſu, ad inquirēdum, & coram eo accuſandum, illectare & inſtigare, habet neceſſe: Cæpol. cautel. v. in princ.
2 Quo caſu, ea de cauſa, † alia puniri nequibit via, vt nec alium extimeſcet aut formidabit Iudicem:
3 l. vbi de crimine. C. de accuſatio. † Quod hodie locum & ſedē obtinere videtur, quotiès quis vnius ſceleris ratione, plurium poteſtati Iudicum ſubiugaretur: iuxta Authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. vt & in mixtis (vt vocant) criminibus: Dixi regu. 7. tangam infrà, regu. clxj. cui
4 adde caſum, † quo Procurator Fiſci ſuperior appellaret, à die notitiæ, ab abſolutione, aut à minima, huius reg. & illius, mæniis, nō cingi, nec ſepiri.

SVMMRRIVM.

1 *Cautela ad liberandum amicum à morte.*

2 *Peritus & excellens in aliqua arte, & firtis, ſeruari debet, Reipubl. gratia.*

3 *Hodie nonnunquam Reipubl. cauſa, pœna extenuatur.*

REG

REGVLA CXXXVII.

1 QVi † quis amicum à morte liberet & eximat, ſiue condemnatum ſiue condemnandum, videantur cautelæ Cæpol.j.ij.& iij.& Thom.Ferrat.cautel. xxiij.& Cæpol.cap.iij.nume.18.in Tracta.de vſu-
2 cap.pro empto.vbi † peritum in aliqua arte, aut fortem, condemnatum, ſeruandum autumat. Tetigi ſuprà, regul.xciiij.his addatur text.in l.ad beſtias.ff.de pœnis.& in c.placuit.& c.de his verò.l. diſtinctio.& c.placuit.de conſecrat.diſt.j. Id'que, Reipubl.cauſa, quæ iuſta cauſa cenſetur, & cuius prætextu, plura conceduntur: Hyppol.de Marſil. eius in Pract.§.aggredior.nume.61.cum aliis ſeq.
3 & nume.74.Sed † hodie vix id obſeruatur, quàmuis pœna nonnunquàm minuatur eius rei cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio à reo facta, quando non valeat:& nu.2.*
2 *Germanus l.poſt contractum.intellectus.*
3 *Quando confiſcationi aut mulctæ locus ſit.*
4 *Sumptuum neceſſariorum nomine, licet, & quãdo, & qui hodie id fiat.*
5 *Neceſſariæ alienationes conceduntur, ſed non voluntariæ.*
• *Idem de debitorum exactione:& num.eodem.*
Quod intellige in præſente reo, non in contumace.
6 *Quid, ſi appellatio ſuſpendat ſententiam.*
7 *Contrariam regul.opinionem, communem ducunt quidam.*

Stud

8 *Studendum expiationi criminum.*
9 *Fiſcus, quid iuris in bonis rei habeat, remiſſiuè.*

REGVLA CXXXVIII.

1 ANte,† in fraudem, vel poſt crimen capitale perpetratum, donationem, vel aliam quamuis alienationem, aut ſolam pignerationem, non valere, quibuſdam viſum eſt: l. vltima, circa medium. verſic. adeò. ff. de accuſat. & l. poſt contractum. ff. de donatio. cum ibi notatis. Cæpol. cautel. clj. l. ſi aliquis. ff. de mortis cauſ. donatio. l. in fraud. ff. de iure Fiſci. & l. aufertur. §. Fiſcus. eod. & l. fin. in fin. ff. de
2 requiren. reis. Quod ſic accipias velim, † ſi crimen condemnatio ſecuta ſit, id eſt, ſi tãdem reus de crimine & conuictus & condemnatus fuerit: aliàs valere contractum, Martia. in d. l. poſt contractum. affirmat. Illud autem ſuſtineri in delictis, ex qui-
3 bus † confiſcatio, aut mulcta pecuniaria ſubſequitur, in præiudicium, putà, horum, & ſimilium, putarim: imperfecta enim condemnatione ſecuta, creditur id genus donatio: d. l. ſi aliquis. circa med. iuncta ibi glo. in verb. imperfecta. quæ extremum confirmans, tunc demùm deeſſe autumat, eáque
4 de cauſa nõ valere, ſed remoueri. † Sumptuum autem neceſſariorum nomine, reus criminis detentus, imitatus, quàmuis forſitã Caſtora, pro viaticis & litis expenſis, quàmuis aliud in contumace credatur, alienandi Iudicis authoritate, cauſa cognita (ne caudæ pilos equinæ reus à Iudice contendat

dat, vellere, ſeu filatim & furtim, omnia callidè & cum quadam vafritie, corradere, vt hodie fieri ſolet, nec aliàs licet, quòd largitio fundum non habeat, & ſera in fundo parſimonia ſit) poteſtatem habet: l. reo criminis. iuncta ibi gloſſ. ff. de ſolutio.
5 & l. alienationes. ff. famil. hercisc. vbi † Iuriſconſ. voluntarias prohibet alienationes, neceſſarias autem admittit, eius, ſcilicet, qui Iudici paruit, & non contumacis, cuius bona ſunt annotata & deſcripta, ac ſequeſtro ſub iuſtitiæ manu, reducta: gl. mag. in dicta l. reo. iuncta d. l. vlti. de requir. reis. vbi reus contumax interim & lite pendente, non exigit debita, quàmuis in reo præſente, aliud credatur pro ſumptu neceſſario: quod Iudex arbitrabitur, vt ſuprà diximus: ratio autē diuerſitatis ex iiſdem textib. exhauritur. Quæ etiam regu. procedit,
6 † etſi appellatione pēdente, donatio fuerit facta, vt interim donationis robur, ſit in pendulo: l. chirographis. §. j. ff. de adminiſtra. tuto. quæ donatio, ab appellationis ſententia, modum, formam,
7 ac vim accipit. † magis communem tamē quidam, contrariam regulæ ſententiam arbitrantur, quòd hæc noſtra regula, Orbilio ferè plagoſior videa-
8 tur: ſed † ea & Fiſco vtilior, & criminibus arcendis, & fraudibus euitandis, aptior videtur, & ita vtimur: belliſſ. de hac re, Albert. de Gandi. eius in malef. Tract. titu. de bonis malefact. à nume. 5. vbi ſcitè de omni alienationis genere, déque regula, cum exceptionibus. Huic regulę opem adfert reg.
9 cxl. quam huic cōtexere nō erit alienū: vbi † quid iuris Fiſcus, ratione hyppothecæ, & à quo tempo-

ro

te, in bonis rei, nanciſcatur babylonicè.

SVMMARIVM.

1 *Non confiſcantur bona rei, ante ſententiam defuncti: & nu.5.*
2 *Quot & quibus caſibus ei ſit locus, ſeptuaginta, putà, tribus: & nu.4.*
3 *Iudex poteſt aliquid adiudicare, pro reparatione ſui tribunalis.*
6 *Cuius ſint confiſcationes.*
7 *Condemnatione & declaratione Iudicis, opus eſt.*
8 *Hodie raræ confiſcationes.*
9 *Bonis publicatis, quæ veniant, & quæ non: & 10. & 11. vbi de dote, & ante nupt. donat. nume. 12. vbi de parapharo.*
13 *Idem creditur de emenda, quod de confiſcatione.*
14 *Quid ſi reus moriatur, appellatione pendente.*
15 *Hæres, an & quando defuncti appellationem habeat proſequi neceſſe.*
16 *Quid de bonis maternis, & dote.*

REGVLA CXXXIX.

1 Confiſcationi † vtplurimùm, ante condẽnationem reo vita functo, locum non eſſe creditur: tex. cum glo. in l. vltima. de
2 iure Fiſci. libro x. C. † Quibus autem caſibus, & quot, confiſcationi bonorũ rei, ſit locus, enucleat Bald. in l. vnica. C. ex delict. defunct. & ſcribentes in l. defunctis. C. ſi reus, vel accuſa. d. Gandi. eius in malef

maleſi.Tracta.titu.de bonis maleſacto.vbi ſcitè & latè Angel.eius in maleſi.Tract.in verb.& eius bo
3 na publicamus.nume.8. (vbi † Iudex pro tribunalis ſui reparatione & refectione,aliquid adiudicare poteſt)ex modernis eſt Chaſſan.in Conſuetudi. Burgund.titu.*des confiſcations*.§.j.in princip.à nu-
4 mer.20.ad fin.vſque.† ſeptuagintatres caſus enu-
5 merans,cum duobus §§.ſequētibus.vbi † de eo,qui in carcere, ante condemnationem extinctus eſt, déque deportato,bānito,relegato, & exule, idem Chaſſ.tit.*des iuſtices*.§.v.verſic.*s'il n'a grace*.num.
6 134.cum 4.ſequentibus. † Creduntur autem eſſe, non Baronis,etiam ipſius hominis rei condemnati(niſi bona ſit talliabilia) ſed Principis: refert & ſequitur idem Chaſſan.d.titu. *des confiſcations*. §. j.verſicu.penul.per totum.cum verſi.vlti. & §.vlt. per totū.quod vix hodie ſeruaretur, ſi reus ſit Baronis,aut alterius vaſalli iuriſdiciabilis:efficerentur enim ipſius bona(alterius forſitan bonis talliabilibus demptis) ſaltem ſi ipſe Baro coram ſuo Iudice,criminis vindictam inſectatus dicatur.Credi
7 derim inſuper,† maximè hodie, ex l.amiſsione.§. qui deficiunt.ff.de capi.diminutio.Iudicis declaratione,in ſententia cōdemnatoria,eſſe opus: idem Chaſſan.d.titul.*des confiſcations*.§.j.verſic. *il confiſque les biens*. aliàs proximiores admitti:l.defunctis.C.ſi reus vel accuſa.mort.fuer.& Authent.bo-
8 na damnatorum.C.de bonis proſcripto.† Hodie perraras dari confiſcationes,ſatum nobis reliquit d.Gand.titu.quid ſit agendum reo abſente. fultus text.ibi alleg.in §.j.vt nulli Iudi.in no.vbi latè de

annotat

9 annotationis materia. † Bonis ſententia publicatis,quæ veniant,Angel.loco præallegato.nume. 12.enucleat.& Chaſſan.dicto tit. *des confiſcations.*
10 §.ij.in princip.Quòd autem † dos,& ante nuptias donatio,& quarta vxori condẽnati debita ſit exẽpta,& quando,videtur text.in l.quiſquis.§.vxores. C.ad legem Iuliam Maieſta.& in Authen. vt nulli
11 Iudic.§.fin.in fine.ibi,Si verò.in no.vt† ſi quidem dotem habeat vxor, ſit ea, cum ob nuptias donatione,illæſa,ſin minùs,quartam habeat à iure definitam:iuuat Authentica,prætereà.C. vnde vir &
12 vxor.† de dote reali,nec commentitia aut ficta,paraphæonalibus,& aliis id genus,eſt tex.in l.ſiquis
13 poſthàc.C.de bonis proſcripto.† Quod de confiſcatione dictum eſt,ad pecuniariam emendã trа-
14 xit Bal.in d.l.j.C.ex delict.defuncto.†Quid ſi appellatione pẽdente reus moriatur,an vt crimẽ,ita confiſcatio,aut pecuniaria mulcta,extincta videatur,extant l.vnic.ff.ſi pendẽte appellatione mors interue.& l.iij.C.eodem titul.in partem negatiuã
15 declinantes. †An & quando hæres defuncti rei,appellationem ipſius perſequi habeat neceſſe,eò loci Iuriſc.detegit. De confiſcationis materia,Babylonius eſt campus apud Angel.in verb.& eius bona. per totum.maximè nume.27.vbi de peculio filii-
16 famil.& numer.28.& ſequent.vbi † de bonis maternis,& dote. De appellationis materia, regula clxiij.deguſtabitur.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus mulctæ nomine,an habeat hypothecam, & an*

R *cred*

creditoribus, & quibus præferatur in bonis rei condemnati.

2 *Cyni ſententia affirmatiua.*

3 *Dyni ſententia, vt habeat quidem, ſed non præferatur.*

4 *Petr. Rebuffi ſententia, vt pars ciuilis, in pœna exactione, Fiſco præferatur.*

5 *Aequitas quid hac in re habeat, vt videtur.*

REGVLA CXL.

1 DElicti † ac criminis prætextu, ante ſententiam, rei bona non eſſe hypothecata, nec poſt ſententiam, Fiſcum cæteris, non ex eo delicto, creditoribus pœnarum nomine, præferri, quàmuis de delicto creditoribus præponi credatur, crebriùs itum eſt; Phœniceus text. in l. reſcriptum. in princip. verſic. Fiſcum quoque. iuncta gloſſ. in verb. hypothecas. verſicu. item quia. ff. de pactis. vbi Barto. in princ. numer. 2. & l. j. in pœnis fiſcalibus cred. præfer. lib. x. C. refert & ſequitur Ang. eius in malefi. Tracta. in verb. dictũ Sempronium. verſi. quæro. nu. 11. vbi
2 Augu. † Cynus tamen in l. ſiquis poſthàc. C. de bonis proſcript. in contrariam iuit ſententiam, putà, vt habeat Fiſcus pœnarum nomine, hypothecam: adduco pro Cyno textum Lynceum in l. aufertur. verſic. Fiſcus autem ſemper habet ius pignoris, &c.
3 ff. de iure Fiſci. † quod & Dyno in aurea l. quod placuit. ff. de iure Fiſci. arriſit: ſub hac tamen cõditione, & cum hoc condimento, vt ea hypotheca, creditor

ditoribus non officiat, nec eis præferatur: gloſſ. in dicto verſic. Fiſcus. in verb. pignoris. vbi Bolon. & Barto. in dictis fiſcalibus iuribus, & in l. poſt contractum. ff. de donationib. ſcitè & latè diſputat in in vtranque partem, Bald. in l. j. numer. 14. de iure Fiſci. libr. x. C. Iuuant quæ dicta ſunt reg. cxxxviij.

4 † Rebuffus in proœm. Conſtitut. reg. gloſſ. v. num. 119. In hanc pellitur ſententiam, vt pars ciuilis in

5 mulctæ exactione Fiſco præferatur, † quod æquitatem habere videtur in damna proſequente: dictis Iuribus ex verb. ſuus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Reus criminis, nouos honores, non, ſed onera adipiſci poteſt.*

2 *Niſi accuſator deſtitiſſe dicatur, aut, &c.*

3 *Reus criminis Procurator eſſe nequit.*

REGVLA CXLI.

1 Reus † criminis, nec nouos honores adipiſci, nec teſtimonium ferre, nec militiç nomen dare, vt ad munera & onera vocari poteſt: text. cum gloſſ. vltim. in

2 l. vnica. de reis poſtu. libro x. C. † niſi accuſator deſtitiſſe dicatur, aut, ſine rei culpa, anno lapſo: vt ibi per gloſ. & l. reus. ff. de munerib. & honoribus. l. eos. ff. de Decurio. & eorum filiis. iunctis vtrobi-

3 que gloſſ. iuuat l. vnica. de infamib. libr. x. C. † An Procurator eſſe poſſit interim, dixi regu. lxvj. nu-

mero 13, in negatiua deliteſcens ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Carcerum effractores, & euaſores, qua pœna puniantur: & nume. 2. & 4.*
3 *Euadens è carceribus, pro confeſſo habetur.*
5 *Euadens custodis culpa, mitius punitur.*
6 *Effractor, & extra muros exiens, æquiparantur.*
7 *Hanc carceratorum conſpirationem detegens conſcius licet, veniam meretur, ſi tempeſtiuè eam detexerit.*
8 *Huiuſmodi conſpiratores & cõſultores, & custodiendi, & tandem puniendi veniunt: & nume. 9.*
10 *De pluribus euadendi modis, & eorum pœna.*
11 *De eo, qui quem è manu iuſtitia, aut è carceribus, reum exemerit, & qua pœna puniatur, in criminalibus: & nume. 12.*
13 *Quid in ciuilibus.*
14 *Hodie quid, vltra iuris pœnam.*
15 *Aduocatus & Fiſci Procurator, non facilè crimina omittunt.*

REGVLA CXLII.

1 CArcerum † effractores, aut alia conſpiratione, reos, qui eruperint, & ſolũ verterint, capitali ſupplicio plectẽdos, Vlpia. in l. j. ff. de effractoribus carcerum. autumat: quod & Caliſtra. Iuriſcon. in l. in eo. ff. de
2 cuſtodia reorum. arridet, vt † & in eam pœnam, quam

quam crimen,cuius prætextu & nomine cuſtodie bantur,& meretur,& damnari ſolet, irrepant, vt
3 ibi gloſ.in verbo,puniendi:†euaſórem hunc,confeſſum depingens Martianus ex Pauli ſententia, Vlp.applaudit in l.milites.§.eius.verſic.eũ tamen. ff.de re milit.quorũ Iuriũ lectio,dictam l.in eos. enucleat,enodat,& aperit.Hęc autem ſic accipias
4 velim,† ſi nulla cuſtodis culpa,expiſcetur: † tunc
5 enim mitiùs cum reo ageretur,nec pro cõfeſſo haberetur:vt voluit Angel.eius in maleſi.Tractat.in verb.quod fama publica.verſic.tertiò quid.num.
6 82.vbi Auguſt.†effractorem,& extra muros exeũ
7 tem æquiparat,vt pari paſſu ambulent.† Quòd ſi qui conſpirationis huius conſcij, eam tempeſtiuè detexerint,Iuriſconſul.in dicta l.in eos.in fine. eos venia dignos,ſcribit:tunc enim horum animi fimbrias,conſpirationis huius & conſcientiæ maculam,haud euolaſſe, vt nec ſcrinij pectoris mænia exceſſerunt:iuuat l.quiſquis.§.vltimo.C.ad legem
8 Iuliam Maieſta.Interim autem,†& tantiſperdum ad pœnam condignam,deuentum dicatur, conſultores,& id genus conſpiratores, vel eius criminis, cuius cauſa & nomine vinciebantur, inſontes, ar-
9 ctiùs cuſtodiendos,†& tandem aliquando dictæ pœnæ iugo ſufficiendos, iubet imperátque Iuriſconſ.in d.l.in eos.Angel.loco præalleg.nume.82.
10 & 83.†De hac re,déque diſtinctione,euaſerit quis cum fractura,vel non,diu noctúve, conſpiratione vel ſine,inſuper de reo carceres apertos inueniente,& exeunte,denique de reo euaſo, citò redeunte,& ſimilib.eſt text.in l.j.& ij.ff.de effract.

carc.multus eſt Bartol.in d.l.in eos.& Guiliel.de Cug.in l.ſuccurritur.ff.ex quibus cauſ. maior.& ibi Bald.& in l.admonendi.col.ix.ff.de iureiur. Angel.in l.verum.la ij.ff.de furtis.& in d.l.j.ff.de effracto.car.delibauit Bald.in l.j.col.vj.C.de ſeruis fugit.guſtum ſeceerunt Canon. in ca.à nobis. extrà, de apoſta.de his tangit Bonifac.de Vitell. eius in malef.Tracta.titu.de carcerib.priuatis vel fractis & cuſtodib.earum. num.12.& Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.attinguam. nume.36.& ſe-
11 quentibus vbi latè & ſcitè de his omnibus. † De eo,qui captum, aut carceratum, è iuſtitiæ manibus,aut carcere exemerit,latè Angel.præalleg.loco.nume.55.in verb.quod fama. Hyppol. de Marſil.§.attinguam.nume.49.eius in Pract.& §.oportunè.nume.20.& Bald.in l.addictos,nume.1.& 4. C.de Epiſco.audi.facit l.iiij.verſic.item qui.in fi.
12 legis.ff.ad legem Iul.Maieſta. †.vt illo caſu.ſit ille velut ouium fideiuſſor, hoc verò, vltimo plecta-
13 tur ſupplicio.† In ciuilibus autem vtroque caſu,vt æquè teneatur,atque exemptus:Ange.ibidem.nume.57.facit text.in l.vltima.§.j.ff.ne quis eum.gl. in verb.vtilitatem.cum text.in l.j.§.hæc verba.ff.
14 ne vis fiat ei,qui.† Sed vix fieret hodie,quin hic eximens,pecuniaria ſaltem non mulctaretur pœna, quòd rebellionis,vt ſic dicam,& iuſtitiæ vſurpa-
15 tionis ſpeciem hoc habeat. Nec crederem † tale facinus, Aduocatum & Fiſci Procuratorem, leui oculo pertranſire:in hanc autem condemnationem,hûc irrepere crediderim:arg.d.l.iiij.§.item qui confeſſum.ff.ad legem Iul.Maieſt,mitiùs agen

do:

do:arg.l.quæ de tota. ff.de rei vend.pro rei grauitate ſcilicet. In eandem pœnam irrepere creditur qui inſtrumenta ferrea, aut ſimilia, ad euaſionem apta, carcerato tradiderit, quam rumpens, vel eximens incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Carcerum cuſtos, euadentis pœnam ſuſtinet.*
2 *Alij dolo aut culpa tenus, hunc teneri crediderunt: & nume.3.*
4 *Idem in ſubſtituto, ſeu Geolerio.*
5 *Cuſtos, ſubſtitutum in carceribus ſiſtendo, non liberatur.*
6 *Cuſtos inquantum creditori teneatur, ſi debitor euaſerit.*
7 *Prælatus negligens, & remouēdus eſt, & de anima deperditi ſubditi tenetur.*
8 *Iudex negligens, remouendus, & alius ſufficiendus.*
9 *Mortuus in carcere inuentus, culpa cuſtodis mortuus præſumitur, vel ipſius Officialis.*
10 *Iudex, an cuſtos, de ſe occidente, ſuffocante, vulnerantéve teneatur.*
11 *Mitiùs quoad carceris cuſtodiam, cum ſene, aut debili, quàm cum iuuene, aut robuſto, agitur.*
12 *Quid de incarcerato ſine iuſta cauſa effugiente, & quis teneatur.*

REGVLA CXLIII.

1 CArcerum † Commentarienſis, ſeu cuſtos, ſiquis detentorum eruperit, qua effugiens cōuictus, tenetur pœna: mel litiſſ. text. in l. ad Commentarienſem.

C.de cuſtodia reorum.verſicu.nam ipſum,&c.vbi Bart.gloſſ.tamen magna, rem eò coarctare, velis
2 equiſque nititur,vt † pro culpæ & ignauiæ modulo,plectendus ille veniat,ſi ſola,nec magna,argua
3 tur culpa. † Sin dolus,aut magna culpa, procedere regulam.& ita interpretatur l.milites.& l.vlti.
4 ff.de cuſtodia reorum.† Idem de ſubſtituto & ſuffecto(qui *Geolier* communiter nuncupatur)dicitur,in iuſta & neceſſaria cuſtodis abſentia,vt prætacta crucietur pœna: dicta l.ad Commentarien
5 ſem.in fin.Nec cuſtos eò ſeſe vertat,† vt ſiſtendo, & ſubſtitutum offerẽdo,in vinculis ſe liberatum iri credat:dicta l.ad Commentarienſem. verſicul.
6 nec putet,&c.† Hinc ad quid debitore euadente, creditori cuſtos ſit obnoxius,elici & exhauriri poteſt: gloſſ.mag.in dicta l.ad Commentarienſem. in vltimis verbis adducit('nec in lente vnguẽtum, vt nec aureo piſcatur hamo)hæc in argumentum,
7 vt † Epiſcopus ignauus & negligens,remoueatur, nedum apud Deum de anima ſubditi,ipſius ignauia aut imperitia deperditi teneatur:Phœnicea & ſimilis gloſſ.ij.in l.ſiquos. C.de offic.Præfect. præ-
8 tor.vbi † de Iudice in criminibus coërcẽdis ignauo & negligente,extrudendo ac abiiciendo , & in eius locum,alio ſubrogando:quinimò is Iudex ſalaria reſtituere,teneri fertur in l.Iudices. de anno. & trib.lib.x.C.& ibi gloſſ.vlti.congruit his gloſſ. j.in fi.in c.dilecti filij.de renunciatio. facit c.intimaſti.de appellationi.& c.cùm ad monaſterium. cum gloſſ.in verb.negligens.extrà,de ſtatu monachorum.vbi Prælatus negligens,à dignitate arçendus

dus venit,& ea exuendus. Hæc irrigabitur regula, Bonifa.de Vitell.riuulis eius in malefi. Tractat.tit. de carcerib.priua.vel fractis.& cuſtod.earum.vbi ſcitè à nume.4.& maximè num.7.vbi de pluribus caſibus,& quibus, ac inquantùm teneatur. Quid
9 ſi † carcere intricatus,in eo exanimatus inuentus fuerit,& quòd culpa cuſtodis vel Officialis,id factum præſumatur, niſi Medicorum adhibita legatur atteſtatio & cautela,enodat Hyppo.de Marſil.eius in Practica.§.diligēter.nume.93.& §.attinguam.num.51.& videtur text.in dicta l.vltima.ff. de cuſtodia reorum.ibi,Sed ſi cuſtodia.& Ang.in verb.quod fama publica.verſicu.ſecundò quæro. nume.81:& ibi Auguſt.& in verb.qui Iudex.verſi.
10 quæro aliquis.num.7.vbi † de detento,qui ſe exanimat,vulnus ſibi infert,aut laqueo ſeſe ſuffocat & ſuſpendit,& quis teneatur,Iudex,an cuſtos: facit §.Magiſtratus.in l.quemadmodū.ff.ad legem Aquil.Tangitur in regu.lxx.An verò præſumatur conſcientia,vel non,in ſuiipſius occiſore,phœnicèè quoad bonorum publicationem diſtinguit Iuriſconſ.in l.vltima.§.ſiquis.verſicu.ſic autem hoc. ff.de bonis eorum, qui ante ſenten.mortem ſibi
11 conſc.Hoc vnum miſſum factum nolim,† mitiùs quoad carceres & cuſtodiam,cum ſene,aut debili, quàm cum iuuene & robuſto,agendum: Angel.
12 ibid.verſic.quintò etiam.nume.84. Quid † de incarcerato ſine iuſta cauſa effugiēte,aperit Auguſt. apud Angel.in verb.qui Iudex edictum.verſic.adde tamen.num.6.deguſtat Hyppol.de Marſil.eius in Pract.§.attinguam.nu.40.& §.diligēter. nu.56.

de huius reg.medulis, latus eſt campus apud eundem, d.§.diligenter.num.52.& locis præalle. & ſtatutum Sabaudiæ, cap.cxiij.lib.ij.cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Singulis diebus Dominicis, Iudex debet viſitare carceratos, & de eorum regimine inquirere.*
2 *Id'que ne pereant fame, vel nimis lautè tractētur.*
3 *Carcer non eſt delitiarum, nec etiam tormentorum locus.*
4 *Arguitur Iudicum negligentia.*
5 *Hi Iudices duo vitia incurrunt.*
6 *Veritas odium parit.*

REGVLA CXLIIII.

1 Singulis † diebus Dominicis, carcerum vincuſis irretitos, & viſere, & de eorũ regimine & tractatu, diligenter ſcrutari, inquerere & expiſcari, Iudicis muneri & officio incumbit, ſub pœna viginti librarum auri:text.Phœniceus in l.Iudices.C.de Epiſc.
2 aud. maximè † ne ad Saguntinam famem, & nimiam Platonicam cœnam, Diogenicam, ac heremeticam vitam, anguſtentur, vt nec Pythagorica ac lauta donētur, ac beentur vita: ſed cuiuſque cõditione inſpecta, alentúr: ſunt enim nõnulli, lupi, vultures, & edaces, quibus Babylonio agro eſſet opus, alios cicadas dixeris, quod tam exili cibo,
3 vitam agant: vt enim † carcer, non ad omnimodè Stoic

Stoicam vitam degendam, ſic nec ad Epicurum
agẽdum, decernitur: nec enim vita Cumeæ, vt nec
beata, cò ſerpit aut repit. Quod vtinàm atque vti-
nàm, hodie obſeruaretur: ſic enim plurium eua-
4 ſionibus obuiam iretur, & hæ impedirentur. † In
quo magnoperè damnanda, Iudicum noſtræ æta-
tis, & ſimilium, venit ignauia, cunctatio, ac ſegni-
ties, quorum ſolertia, multa fœliciùs & ſecũdiùs
obuenirent: vt quotidie (niſi ſerò ſapiãt Phryges)
in carcerum effractoribus, & euaſoribus, videre li-
5 cet. † In tanta autem lactatos ignauia, id genus Iu-
dices, ſiniſtræ & nouercæ carceratorum fortunæ,
periculi ſuſpitio & metus ſerpit, nedum æſtima-
tionis & ignominiæ maculam incurrunt: l.j.in fi.
C.de cuſtod. reor. ſed hoc eſt ferè micare digitis,
vnde miſſum facio, quod in lente vnguentum, &
6 aureo, vt aiunt, hamo piſcari videar: † hoc tamen
æquo animo, ferat quiſquis quæſo, quod bouem in
lingua non habeam. De noſtra hac regula, latus &
quaſi Babylonius campus, apud Hyppol. de Mar-
ſil. in eius Pract. §. actioquam. nume. 72.

SVMMARIVM.

1 *Semel qui veniam habuit, aliam non obtinet.*
2 *Saltem ſine prioris mentione.*
3 *Alias obreptionis & ſubreptionis morbo tabeſcit.*

REGVLA CXLV.

1 QVi † ſemel criminis alicuius, veniam à
Principe obtinuit, & gratiam habuit,
ſi in eum, aliud & ſecundum irrepſerit
2 ſcelus, iterùm & denuò, † ſaltem ſine
prior

prioris gratiæ memoria, veniam non adipiſcitur:
3 † aliàs enim obrepta & ſubrepta fertur: argumen. l.iij.C.de Epiſcop.aud.& contra hunc tunc demũ extraordinariè inceditur, ad formam Iuris, ſtili, & ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia ſolam pœnam, non infamiam, abollet.*
2 *Nec bona reſtituit.*
3 *Niſi hæc nominatim ea includantur: & infrà, regu. ſequen.nume.2.*

REGVLA CXLVI.

1 INdulgentia † pœnam quidem, ſed non infamiæ maculã, ſaltẽ facti, niſi reſcriptum ea(vt hodie ſolet) nominatim donetur, aut indulgentiæ reſtitutio annectatur, abſtergere & expiare creditur: l.indulgentia. vbi Palladius ille Bart.C.de generali abolitio. Barto.in l.j.C.de ſenten.paſ.& reſtit.& in l.vltim. numer.1.eod.iuxta illud Ouidij,

Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.

2 notat gloſſ.vlt.in d.l.indulgentia.† Idem de bonis proſcriptis, creditur: text.in l.ij.C. de ſentent.paſſ. & reſtitut.in fin.Nam Principis indulgentia, ſola
3 pœna, non item bona, † niſi minutim eorum meminerit Princeps, veniunt: his addatur glo.penul. in verb.quid ſit in integrum.circa medium. C.de ſenten.paſſ.& reſtit.in l.j.& l.generalis.vbi Bald.

&

& l.cum indulgentia.C.eodem.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio omnia reſtituit: niſi.& nu.2,*
3 *Reſtitutio an ius tertio quæſitum, complectatur.*
4 *Indulgentia non omnia complectitur, ſed in eo à reſtitutione differt: & num.5.*

REGVLA CXLVII.

1 PRincipis † criminali reſcripto, & reſtitutione, honor, militia, fama, vt & bona, reſtituta creduntur: Lynceus text.in l.j.in fin.C.de ſenten.paſſ.& reſtitu.vbi Barto.& in l.in quæſtione.in fi.princip.vbi Babylonio campo Barto.maximè numer.1.(vbi diſtin-
2 ctione rem hanc depingit & enucleat, † & quando indulgentia, quando inſuper reſtitutio, omnia ambiat, & ſepiat, ablata, & quando non: & nume.4.) & Bald.in dicta l.j.& dicta l.in quæſtione. numer.
3 4.& 5.vbi † an & quando reſtitutio, ius tertij com-
4 plectatur, & ambiat.† Quàmuis in indulgentia, in
5 diuerſam partem, ſuperiori regul.itum ſit: † in quo indulgentia à reſtitutione, diſsidere creditur: dictis Iurib.& gloſſ.antepe.in verb.poteſtate.in dicta l.in quæſtione.in princip.gloſſ.in l.in inſulam. gloſſ.vlti.in fin.hanc erigens, inter indulgentiam & reſtitutionem, differentiam, de ſentent. paſſ.& reſtit.C.

ſi ingenuorum,&c. Hinc elicit & exhaurit addi-
5 tio ad Barto.eò loci,† in criminalibus reorum (vt
fit in ciuilibus) conſenſum, Iudicem ſenſim non
inſectari: in hanc pedibus manibúſque iuit ſenten
6 tiam Bald.eò loci.numer.2.vt † Iudicem, vel par-
tibus ad pacem & cõcordiam deductis, ex officio
in criminalibus procedere poſſe opinetur. De his
nonnihil Speculat.titu.de abolit.lib.iij.cuius ſata
huc transferre, & inſerere, ex ſparſis aliorum vel-
leribus, politam ſibi ordiri & texere telam, vide-
7 retur. † Ille autem triplicis generis depingit abo-
litionem: vnam, nempè, generalem, de qua, C.de
generali abolit. ſpecialem, & legalem, de quibus,
titu.de abolitio.

SVMMARIVM.

1 *In criminibus pœna præter naturam, aut ex acci-
denti prouenìens, non conſideratur.*

REGVLA CXLIX.

1 IN delictis † augmẽtum pœnæ, præter
naturam, & ex accidentali manans,
fluens, ac proueniens, haud conſidera-
tionis eſſe itum eſt: ſcitè Barto.conſil.
xlj.lib.ij.conſil.

SVMMARIVM.

1 *Reo liberato aut abſoluto, pars ciuilis an, & quando
in*

in expenſis,& eo,quod intereſt,condemnetur.
2 *An & quando,Fiſci Procurator.*
3 *Quis accuſator,infamiam incurrat,& quis non.*
4 *De pœna calumniantium:& nu.5.*
6 *Accuſator conuerſando cum reo,præſumitur calumniator.*
7 *Plures quoad expenſarum cõdemnationem opiniones:& num.8.& 9.*
10 *Hodie quid.*

REGVLA CL.

1 REo † criminis liberato, aut abſoluto, pars ciuilis, quando in expenſarum cõdemnationem,& eius, quod rei in-
2 tereſt, irrepat, & labatur:† Procurator inſuper generalis ſeu Fiſcalis,nulla ciuili parte exiſtente, & quando non , tetigi & nonnulla ſata reliqui regu.xxxvij.à nume.5.ad fin.vſque,ad quæ recurras oportet:iuuat l.ex varia de delatorib. lib. x.C.vbi gloſſ.iij.gloſſ.j.in l.ex quibuſdam.ff.de iu-
3 re Fiſci.vbi † quando,& in quem criminis delatorem,infamię labẽ,irrepere & ſerpere obueniat,&
4 quis ex ea macula enatet emergatque.† De calumniantium pœna,ſcitè Innocen. in c.vlti.extrà, de calumniato. vbi gloſſ.antepenult.quando de calumnia agi poſsit,ſeſe torquet : ſed videatur l.j.cũ
5 gloſſ.mag.C.de calumniato.† Pœnam autem calumniatoris,eſſe tallionis,nec pœna falſi hunc puniri tenet Albert.de Gandi.in eius malef.Tractat.de falſariis.num.23.de hac reg.& de calumnia, Angel.

Angel.eius in malef.Tract.in verb.& ad querelam Titij.verſic.an,& quando.numer.71. cum ſeq.vbi
6 †actor conuerſando cum reo, in calumniæ præ-
7 ſumptionem labitur.† Alij eò rem deducunt, vt ſi iuſta agẽdi cauſa legatur, nulla ſerpſiſſe calumnia dicatur, aliàs ſic:& hoc caſu, in publicis criminibus, ad ſupplicij paritatem & æqualitatem eatur: in priuatis autem, extraordinariè incedatur:l.fin.
8 C.de calumniato.l.& in priuatis.ff.eod.†Alij nullomodo probantem calumnia notant, non aliàs.
9 Ab † aliis denique eò ventum eſt, vt in calumniari ſolitum, ſerpat calumnia, non aliàs: hæc effingit & depingit Specul.tit.accuſati contuma. nume.vlti.
10 lib.iij.Sed† vbi extraordinariè itur, accuſator informationum notitiam non habet: adde accuſatoris probationes vel Hectoreas, Achileis factorum iuſtificatiuorum, aut reprobationum, probationibus, eneruari. hinc nonnunquàm reus abſoluitur ab inſtantia, ſed ſine expenſis,& eo, quod intereſt: nonnunquàm expenſas reus obtinet, ſed vlterius nihil: aliquando vtrunque conſequitur: quæ omnia à iuſta agendi & inſectandi cauſa emergũt.

SVMMARIVM.

1 *Cuius ſumptibus, proceſſus criminales texantur.*
2 *Hodie cuius expenſis.*
3 *Iura noua, diſſident aliquantulùm cum antiquis.*
4 *Hodie quis ſumptus præſtat, ſaluo iure repetendi,&c.*
5 *Plures rei ſimul condemnati, inſolidum tenentur.*

S *Cond*

6 *Condemnati donec ſatisfecerint, non laxantur.*
7 *Hodie ſaltem ſine cautione, non relaxantur.*
8 *Creditor tenetur alere ſuum debitorem, inopem, carcerarum.*

REGVLA CLI.

1 CVius† ſumptibus & expenſis, proceſſus criminalis contexatur, ſtruatur, ac erigatur, guttulam ſeuit Bald. in l. iij. C. ad legem Iuliã. de adulte. pluribus. & Angel. eius in malefi. Tracta. in verb. & ad querelam.
2 verſic. quæro, an ſuccumbens. numer. 73.† Hodie cùm hac in Sabaudia, tùm in Gallia, eò ventũ eſt, vt ferè tota in partis ciuilis onus proſecutio, ſerpat, ſi velut Midæ, aut Crœſi diuitias nactus actor dicatur: reprobationum & iuſtificationum caſu dempto, ſi hoc caſu, reus zonam non perdiderit, aut quintæ claſsis ambitu non ſepiatur, & inops non ſit. Sin pauperior Iob, dicatur, vt notoriè id præſtare reus nequeat (quàmuis nõ facilè miluio, vt nec accipitri tendatur rete) pars ciuilis ſuppeditabit: vt regu. xij. nume. 14. deguſtauimus. Quòd ſi vtriuſque partis humeris ſit impar, ad Fiſcum & ipſius ærarium, delphineo paſſu itur, & velut ad deos, & extremam anchoram, vt aiunt, pedibus
3 manibúſque confugitur, & recurritur.† Quę Iura moderna, veteres auias ę pulmone reuellentia, ſi non ex diametro pugnẽt, diſsident tamen aliquã tulùm cum iure communi, in l. Circẽſium. de Decurio. lib. x. C. & l. lege Cornelia. §. vlti. vbi gloſ. ff. de

de iniur.vbi de reo ſoluendo exiſtente. & l.cùm
ſæpe.iuncta ibi gloſſ.in verbo,agnoſcere.de eroga
tio.milita.anno.lib.xij.C.vbi de parte ciuili, reo,
onere,& æquo pauperiore,ac ſoluendo nõ exiſtẽ-
te.& l.lex Cornelia.ff.ad Senatuſconſultum Sylla
nianum.vbi de Fiſco in partium ſubſidium, adito.
4 † Hæc noua iuris forma,incedit,ſaluo iure repetẽ
5 di in fine iudicij,ſi dictum in ſentẽtia fuerit.† Plu-
res inſuper rei,vna ſententia condemnati, inſoli-
dum tenentur:l.item Mela.§.ſed ſi ſeruum plures.
ff.ad legem Aquiliam.iuncta ibi gloſſ.magna,quæ
6 eius,quod partis intereſt,meminit.†Condemnati
autem,tantiſper dum integrè ſatisfecerint, carce-
rum vinculis irretientur: can.peſsimam. xxiij.q.
vlti.& c.ex parte iuncta glo.in verb.contumacia.
7 & c.ſeq.de verb.ſignifi.† & ita vtimur,ſaltem nõ
præſtita idonea & ſufficientiſsima cautione. His
8 nectatur,† creditorẽ carcerato pauperi debitori,
alimenta præſtare:Hyppol.de Marſil.eius in Pra-
ctica.§.attinguam.nu.74.

SVMMARIVM.

1 *In proceſſus formatione, accuſantis fauor præfertur.*
2 *In deciſione,rei fauor primas tenet.*

REGVLA CLII.

1 IN † criminalibus ea, quæ ad iudicij
erectionem,& ordinationẽ ſpectant,
2 in actoris,† quæ verò ipſius litis deci-
ſionem redolẽt,in rei fauorem inter-

pretationem admittere,crebriùs itum eſt:hāc adfert diſtinctionem,& in eo multus eſt Bartol.in l. de die.in princip.nume.2.ff.qui ſatiſdare cogan.& ibi gloſſ.magn.ex l.quicquid adſtringendæ.de verborum obliga.& l.Arrianus.ff.de actio.& obliga. l.fauorabiliores.ff.de reg.Iuris.& Dynus in capi. cùm ſunt partium.de regu.Iur.in vj.Hic locus plures vel peritiſsimos,longè latéque torxit,& Tyria inter eos maria concitauit:& dubio procul nodoſus eſt,dumetiſque plenus, quasíque foliis Sybilæ obſcurior.Huic autem regulæ pondus addetur ex regu.de qua Decius in conſil.ccccxlix.colum.j.viſis duobus conſiliis.Docto.in dicta l.de die.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nec durus,nec mitis eſſe debet.*
2 *Iudex nec ſeueritatem , nec clementiam affectabit.*
3 *Iudex in leuioribus tenuis erit.*
4 *In atrocioribus,atrox.*
5 *Pro delicti qualitate,omnia Iudex penſitabit.*
6 *Iudex mediocritatem inſectabitur:& nu.12.*
7 *Seueritas & clementia in Iudice , vitio vertuntur; & nume.8.*
9 *In dubijs clementiores eſſe,melius eſt.*
10 *Quid clementia.*
11 *Quid ſeueritas.*
13 *Summum ius æquitati cedit.*
14 *Benignitas ab æquitate non aliena.*

REG

1 IN criminalibus † Iudicis muneri,offi-
cio,& honori incumbit, ne quid du
rius,vt nec æquo remiſsius, ſed prout
2 quæ'que res expoſtulat,vt ſtatuat:† ſe-
ueritatis autem,aut clementiæ gloria, affectanda
3 nõ eſt.† In leuioribus etenim cauſis, mitiores eſſe
4 oportet pœnas.† At in grauioribus legis ſeuerita-
tem,cum aliquo benignitatis temperamento, &
inſectandam & amplexandam,pluribus Iuriſcon.
ait in l.reſpiciendum. in princip. ff. de pœnis.eò
pertinet l.Pedius.circa fin.verſic.& omninò, &c.
5 ff.de incend.rui.& naufrag.† Pro menſura,& deli-
cti quantitate ac grauitate,pœnas ſtatuendas, Ca-
liſtra.Iuriſconſ.in l.diuus Pius.ff.ad legem Corn.
de falſ.autumat. hæc eò pertinent & tendunt, vt
6 † mediocritatem Iudex,quantùm in ſe eſt,inſecte-
tur,nimiam autem exterminet ſeueritatẽ, remiſ-
ſior inſuper æquo , & delicti pondere non ſit.
7 † Vtrunque enim horum,in Iudice,vitio vertitur:
illa autẽ laudi & gloriæ ducitur. Etenim durum,
aut remiſſum eſſe,vitij labẽ habet : mediũ autem
virtutis nomine ſeptum , nemo neſcit: hæc ex l.
hodie.in fi.ff.de pœnis. Qua de cauſa, ſeueritatem
clementia conditam, Iſocrates ad Nicoclem, eſſe
8 oportere arbitratur. † Duorum autem alterum
alio ſceleſtius,omnes norunt:durum enim tyran-
nidem redolet:leue autem humanitatem ſapit:Se-
9 neca deguſtat lib.ij.De clementia. Quo fit, vt † ſi
mediocritatem quis difficilem, olfacere & attin-
gere nequeat , in leuiorem & mellitiorem promp-
tior partem deflectat,oportet:d.l.reſpiciendum.

 in fin.

in fin.princip.Nam ex duobus malis, minus & le-
10 uius ſeligendum, omnibus in vdo eſt. † Clemen-
tiam autem,hîc accipias,velim, pro humanitate,
& benignitate:vt hic Iuriſcóſ.enucleat & enodat.
11 †Seueritatem autem,pro iuris ſummo rigore, vel
temperata animi vlciſcendi poteſtate, nonnullis
12 accipi viſum eſt: ſic † Iudex perpenſo iudicio, ac
cauſa cognita, decernet, & ita, vt ſtateram non
tranſiliat:in quo ſummoperè circunſtãtiarum in-
ſpectio floret:iuxta illud,

Si bene facta notes conſultus,Iura ſequentur:
Factum præcedens,ordine Ius ſequitur.

13 †Ius ſummum æquitati cedere, hancque præpon
derare,& iudicij in æquo & bono præferendo,ve-
lut cereo naſo, circunſtantiis vtendum, pulchrè
14 Ariſtot. v.Ethicor.† Benignitatis autem vocabu-
lum, ab æquitate deſciſcere, aut deflectere non
crediderim.

SVMMARIVM.

1 *In ciuilibus cauſa in ſententia neceſſariò exprimenda non eſt.*
2 *Sed in criminalibus ſic.*
3 *Et ita obſeruari creditur.*
4 *Idem creditur de ſententijs Iudicis ad quem, infirmantibus,& quibuſdam alijs.*
5 *Hodie quid.*

REGVLA CLIIII.

1 ETi † in ciuilibus cauſæ, quæ eò Iudicē illectarit, expreſsio, neceſſaria crebriùs non credatur:notat.in ca. conſuluit.de re iudica.& l.ij.§.fina.de in-

fam

2 fam. cũ aliis.† In criminalibus tamen,quàmuis id digitorũ percuſsione nõ fiat,exprimendã, & ope-
3 ræpretiũ,& vtile fore itum eſt.† hãc paſsim ſeruari à Iudicibus criminalibus,ſentẽtiã, refert Auguſt. apud Ang.eius in maleſi.Tract.in verb.& quia no bis. nu.3.& 4.Bald.in c.ſicuti nobis.num.5. extrà, de ſenten.& re iudic.vbi indiſtinctè in criminali-
4 bus exprimi cauſam oportere opinatur.† Idẽ credidit in cauſis appellationum infirmãtibus, & pluribus aliis ibi ab eo enumeratis,quem videas: ſcribentes omnes in l.properãdum.§.illo.ibi,Ipſo videlicet Iudice,hoc ipſum in ſua ſententia manifeſtante,&c.& ibi gloſſ.in verb.ſententia.C.de Iu-
5 dic.† & ita crebriùs vtimur.

SVMMARIVM.

1 *Quî feratur ſententia in criminalibus,& vbi.*

REGVLA CLV.

1 OMnis †ferè criminalis ſententia, aut in audientia,Iudicis viua voce, fertur : aut Iudex,ſuam ſententiã vel ordinationẽ, dat Scribæ in ſcriptis ſignatam,tandem in audientia Iudice præſente per Scribam pronũciandam, vbi partiũ Procuratores adeſſe conſueuerunt:quo facto,ea iterùm ſolet reo detento,pronunciari. Quod videtur procedere,in Iudicibus,ſedendi locum habẽtibus.Alij autem ipſis Procuratoribus, aut partibus , per Scribam ipſis traditam ſenten-

tiam pronunciant:& ita vtplurimùm vtimur. Diximus regu.cxxviij.num.1.2.& 3.

SVMMARIVM.

1 *Ex vno delicto carceratus, poteſt pro alio, etiam ab alio Iudice recommendari & detineri.*
2 *Citra prioris cauſæ præiudicium.*
3 *An ob crimen detentus, pro ciuili debito poſſit recommendari.*

REGVLA CLVI.

1 EX † vna maleficij cauſa, carcerum vinculis irretitus, pro alia, vel per alium Officialem & Iudicem, poteſt, vt ſic dicam, recommendari: ita tamen, vt
2 †prioris cauſæ executio, ea de cauſa, vt nec prioris proceſſus erectio, non impediatur, ſed imprimis & ante omnia, formetur: ſcitè Angel. eius in maleſ. Tract. in verb. quod fama publica. nume. 63. &
3 ibi Auguſt. latiùs, & † an ratione criminis detentus, pro ciuili debito poſsit commendari: de hac materia, Babylonius Bartol. campus in l.ij. §. vlti. nume. 4. & ſimilib. ff. de cuſtod. reo. vbi ſcitè per diſtinctionem, rem hanc expiſcatur & enucleat, nec aurum in (honos ſit auribus) ſtercore quærit: de hac recommendatione, latus eſt campus apud Hyppol. de Marſil. eius in Practi. §. attinguam. numero 32. & ſequen.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Ante ſententiam Iudex, Medicorum cōſilio, de vulneris qualitate inquiret, & quando.*
2 *Medicorum iuratorum relationi ſtatur.*
3 *Plures habendi, ſi adſint, nec tunc vni creditur.*
4 *Medicis diſcrepantibus, peritioribus ſtatur.*
5 *Aequè peritis, veriſimiliora dicentibus.*
6 *In dubijs, aut paribus, rei fauor inſpicitur.*
7 *Ciuiles caſus quatuor dempti.*
8 *Medici munus, & officium.*
9 *Medicus ad quæ animaduertere debeat.*
10 *Notabiles vulnerum circunſtantiæ miſſæ non faciendæ.*
11 *Medici in vulnerum relatione, ſunt coniudices.*
12 *Medicorū relationi, vel de ſola credulitate, ſtatur.*

REGVLA CLVII.

1 ANte† ſententiam Iudex Medicorum conſilio, de cicatricis & vulneris qualitate, inquiret, ſi hi haberi poſsint, niſi notoriè de ea re Iudici liqueat & appareat: iuuant quæ ſeuit Bald. in l. vnic. C. vt quæ deſunt Aduoc. maximè num. 2. latè Ange. eius in maleſi. Tracta. in verbo, cicatrix & ſignum. numer. 3.
2 & 4. & ibi Auguſt. † Creditur autem Medicis, ſeu Chirurgis iuratis, vulneris lætalis vel non, cicatricis remanentis vel non, & alias qualitates referentibus: text. aureus in l. ſemel. de re milita. libro xij. C. Cæpol. conſil. lxij. l. comparationes. C. de fid. inſtrumentorum. cap. ſignificaſti. extrà, de homicid.

3 † Et plures habendi veniunt, ſi adſint, & tunc vix vnius ſtaretur relationi: vt in ſimili, in Authen. de non alienand. §. quod autem, verſicu. ſiue in hac re gia. not. in l. j. in princip. num. 2. ff. de ventre inſpicien. apud Barto. & l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbitr. Barto. in l. ſi in rixa. circa fin. numer. 13. ff. de ſycar. Bald. in cap. j. in princip. verſicu. ſed quid eſt quòd. numero 11. quibus modis feudum amittat. in vſibus feudorum. facit in argumen. aureus text. in l. quotiès. de pond. aur. in fin. libr. x. C. congruit
4 cap. cùm in cunctis. extrà. de electìon. † Quid ſi diſcrepent eorum in relatione, peritioribus ſtabitur: argument. gloſſ. magn. circa medium. in ca. vt ve-
5 terum. in ix. diſtinctio. † Sin æquè periti dicantur, veriſimiliora dicentibus: argumen. aurei text. in l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtib. text. Lynceus cum gl. magna argentea in cap. in noſtra. extra, de teſtib.
6 Bald. in dicto capit. j. Sed ſi † in omnibus, Iudex hos æquè ſonare perſpexerit, rei fauor præferatur, oportet: argumen. l. fauorabiliores. ff. de regul. Iuris. & c. ex literis. de probationib. & c. inter dile-
7 ctos. in fi. de fide inſtrumentorum. † quatuor caſibus ciuilibus tamen exceptis: vt per dictam gloſſ. in dicto c. in noſtra. de re iudicat. extrà. latè de his omnibus, Angel. eius in malefi. Tractatu. in verb. præallega. vbi Auguſt. & Albert. de Gandin. ſimili Tracta. titul. de homicid. & eorum pœnis. num. 26.
8 vbi ſcitè de diuerſa Medicorum relatione. † Medicus autem eo fungetur munere, in vulneribus & cicatricibus lætalibus, aut aliàs labem ac maculā inſtillantibus referendis, vt hæc omnia expiſcetur

tur

9 tur & ſcrutetur. Imprimis enim † ad vulnerati ſeu percuſsi debilitatem, animaduertet. An inſuper læſus perdat, vt aiũt, loquelam: is enim mortuum redolet: l. iubemus. verſic. ſi enim. C. de teſtament.
10 vel ſi ſenſum ſeu intellectum amittat. † Ex eo enim grauiorem cẽſeri morbum, itum eſt: l. ob quę. ij. reſpon. ibi, Sed ſi vitium. ff. de ædili. edicto. & l. in aduerſa. ff. de teſtamen. Olfaciet denique Medicus in relatione facienda, robur vulnerãtis, qualitatem ac vulneris profunditatem, locum & magnitudinem vulneris, immoderatum ſanguinis fluxum, & id genus alia delictum aggrauantia, non omittet: de his guſtum ſatum nobis reliquit Angelus in verb. & ex interuallo. numer. 13. cum ſequenti. vbi Auguſti. his ferè congruunt c. ij. de Cleric. percuſſ. & d. c. ſignificaſti. el ij. de homicid. extrà. his accedant quæ de teſtimoniis regu. lxviij. nume. 9. & ſequen. dicta leguntur. & quod Socin. in eius Fallen. regul. ccccxxvj. ij. fallentia, & iij. ait. De hac regul. guſtum habes regul. ij. à numero 6. & 7. vbi huius
11 regulæ ratio redditur, quòd † videantur conjudi-
12 ces, putà: hinc fit, vt † credulitatis ipſorum ratio ſuppetat.

SVMMARIVM.

1 *Reus non relaxatur fideiuſſorum colore, ſi vel ab initio, vel in ſubſidium, pœna corporalis veniat imponenda.*

2 *Ratio huius regulæ.*

3 *Qui veniant incarcerandi, aut laxandi.*

Caut

4 *Cautelæ ad relaxationem, in ſecundo reg. membro, & quando Fiſci Procurator fideiuſſorem accipere non teneatur: & num. 5.*
6 *Hodie quî incedatur.*
7 *Fideiuſſores quid caueant, & ad quid ſeſe obligent.*
8 *Alienatio non pertimeſcenda.*

REGVLA CLVIII.

1 OB † crimen, pœnam corporalem, vel
ab initio vel ex pòſt facto in ſubſidiũ,
redolẽs, carcerum vinculis irretitus,
fideiuſſorum prætextu, non extrica-
2 tur, nec carceribus relaxatur regulariter. † Ratio
autem redditur, ne illuſoriam Iudex ferat ſenten-
tiam, in delinquentis perſonam, executione caſ-
ſam & deſtitutam: hæc exhauſta videtur ratio, ex
l.j.§.& generaliter.in fin.ff.de pœnis.hanc ratio-
nem adfert Palladius ille Bartol.in l.ij.numer.3.
ff.de public.iud.idem Babylonio campo in l.j.nu-
3 me.3.ff.de cuſtod.reo.vbi † qui incarcerandi vin-
ciendi, & relaxandi veniãt, minutim expiſcatur.
guſtum ſeuit Angel.eius in malef.Tracta.in verb.
4 quod fama publica.numer.67.vbi † tradit caute-
lam & limitationem, vt huius regulæ ſecũda pars
incedat, niſi depoſita, cum dominij trãſlatione in
caſum condẽnationis, pecuniaria ſumma, vt tunc
relaxetur reus: vel datis fideiuſſoribus idoneis, ſuf-
ficientibus, & bona non de facili peritura, poſſi-
5 dentibus. Aliàs autem, † Fiſci Procuratorem, fide-
6 iuſſorem eo caſu acceptare, cogi nõ poſſe. † Hodie
eò

eò ventum eſt, vt in priori reg. membro, vix quis fideiuſſorum colore & pallio, relaxetur (quàmuis certo deſtinato loco, vt in Magnatum reorum domicilio, hi ſub fida aliquando detineantur custodia) In ſecundo verò membro, nõnunquàm, pro rei qualitate, delicti atrocitate, & criminis proba-
7 tione.† Solent enim horum fideiuſſores, bona pro bonis, & corpus pro corpore, in caſum cõdemnationis, obligare, ſufficere, & ſubmittere, cũ renunciationibus huic negotio cõgruis: & crebriùs per vrbem in arreſtis, vt ſic dicam, cõſtituuntur. Nec
8 †bonorum alienatio aut dilapidatio pertimeſcenda veniet, datis his quæ regu.cxxxviij. diximus: vt interim, neuter, in emendæ ſeu mulctæ cõdemnatoriæ præiudicium, quicquam diſtrahere queat. De huius regulæ materia, deguſtaui reg.cxxv.nume.8.& hæc ita vera ſunt, vt murum aheneũ ſcribẽtes duxerint. De fideiuſſore rei, Babylonio campo Hypp.de Marſil.eius Pract.§.attinguã.per tot.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus in foro conſcientiæ, remiſſio facta, in foro contentioſo, non prodeſt reo.*
2 *De remiſſione in confeſſione, vel teſtamento facta.*
3 *In foro conſcientiæ, rancor quidem, ſed nec iniuria, nec ipſius actio, vt nec id, quod iniuriati intereſt, remittitur.*
4 *In contrarium quidam ierunt.*
5 *Limitatio regu. ſi mera actionis remiſſio arguatur.*
6 *Confeſſio, menſa Domini, & teſtamentum, neceſſitatem*

tem in Chriſtiano arguunt:& num.7.
8 *An iuramentum:& num.9.*

REGVLA CLIX.

1 IN † criminalibus iniuriæ remiſsio in fo-
ro pœnitentiali facta, in iudiciali ac cō-
2 tentioſo non prodeſt: vt † in confeſsione
coram Sacerdote facta, vel in teſtamento, qua o-
mnibus parcit, ſibique illatam quis iniuriam, re-
3 mittere ait: † tunc enim rancorem & odium qui-
dem, ſed non iniuriam, ſeu ipſius actionem, & id,
quod eius intereſt, condonare creditur: in hāc iuit
pedibus manibúſque ſententiam Barto. in l. ſi tibi.
§.j.ff.de pact.num.3.Angel.numer.4.& gloſ.vlti.in
§.vltimo.Inſtitut.de iniur.latè Ange.eius in male-
fi.Tract.in verb. comparent dicti inquiſiti. num.
4 28.& numer.29.vbi † Auguſt.in contrariam it ſen-
5 tentiam. † Hæc tamen non procedere crediderim,
ſi alicundè mera poſsit argui remiſsio, vt ſi actio-
nem ſe condonare, aut liberè plenam facere iniu-
riæ remiſsionem, voce traxerit, eò non aliena ad-
monitione illectus, & lactatus, aut mortis, ſeu dā-
nationis periculo pulſus, ſed proprio motu inſtiga-
6 tus. Nam † in caſu confeſsionis, & teſtamenti, tem-
pore morbi, factorum potiùs neceſsitas, quàm li-
bera volūtas arguitur: vnde remaneat actio (ſi re-
conualeſcere eam non dixerimus, more donatio-
7 nis cauſa mortis) oportet. † De menſa Domini,
præcedentéque confeſsione, Chriſtiano neceſſa-
8 rias, idem dixerim quod de prædictis. Quòd † ſi iu-

ramen

ramentum annexum dicatur,nonnullis remiſsionem eo iuuari,viſum eſt:vt apud Ange.eius in ma
9 leſi.Tractat.præallegat.loco.nume.29.ſed † mihi æquè facile iuramentum,atque remiſsio, videtur: vnde,aliundè expiſcandum,firmitatis & cõiecturæ robur conſulerem.Nec enim iuramentum iniquitatis vinculum creditur, maximè obtenta abſolutione,

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos,vel à Iudice comminatus,criminis confeſſionem non deteget.*
2 *Niſi aliundè ſciat,aut ſociorum ratione,& quò con iuratio euitari poſſit,& ratione ſcandali:& num.3.*
4 *Punitur Sacerdos reuelans confeſſionem:& num.6.*
5 *Falcem quis in alienam meſſem , immittere non debet.*

REGVLA CLX.

1 SAcerdotis † muneri & officio, crimen ſibi in cõfeſsione detectũ & apertum, vel ſi à Iudice cum iureiurando expoſcatur,non enucleare,nec reuelare incumbit: quod procedit, quodcunque illud cri-
2 men ſit: † niſi aut ſocij adeſſent,vel quò præcaueretur futuræ criminis deſtinationi, eíque vt obuiam iretur,vel à Iudice,vel à minitato. Additur, vt tunc demùm reg.non procedat, † ſi aliundè, quàm à confeſsione Sacerdos id ſciat, vndè ſcandalum

dalum immineat:text.in c.omnis vtriuſque ſexus. de pœniten.& remiſſ.verſic.caueat autem, &c.ad fin.vſque,cum ibi notat.vbi Antonius de Butr.&
4 Imol.†punitur enim eò loci Sacerdos, confeſsionem reuelans: ideóque regulariter ei eſt prohibitum:ſcitè diſcurrit Angel.in eius malef.Tracta.in verb.*& hai tradito la tua patria*.nume.18.vbi Au
5 guſt.Sed hæc Theologis miſſa fiet,† ne in alienam ſegetem,falcem immittere videamur:interim tamen miſſus non fiet aureus text.in c.dilectus.vbi Lyncea gloſſ.in verb.reuelare.extrà, de exceſsib. Prælator.vnde huius regulæ flumen manat, ſcaturit,& profluit: cui nectatur can.Sacerdos.de pœ
6 niten.diſtinctio.vj.vbi etiam de eius pœna. † Deponitur enim, & perpetuò ad pœnitendum detruditur.

SVMMARIVM.

1 *Reus ſemel,vel à ſola iudicij obſeruãtia exutus, iterùm non vexabitur pro eodem ſcelere.*
2 *A quocunque:niſi.*
3 *Ignorantia qui probetur,& quòd præſumatur.*
4 *Scientia qui probetur.*
5 *Hodie vix regula obſeruaretur,nouis indicijs ſuperuenientibus.*
6 *Sententia abſolutoria,in criminalibus,lata,nunquã tranſit in rem iudicatam aduerſus Procuratorem Principis,probationibus enatis,emerſis, & de nouo ſuperuenientibus:ſed contra partem ciuilem,ſic.*

REG

1 Reus † ſemel, vel à ſola iudicij obſeruantia exutus & laxatus, iterùm & denuò pro eodem crimine non inſimulatur: Lynceus tex. in c. de his criminibus. extrà, de accuſation. & can. veniam. xxxv. quæſt. ix. & l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſatio. Quod ſic acci-
2 pias velim, † ſiue ab eodem, ſiue ab alio, eo qui de prioris accuſatoris præuaricatione edoceat, quíve iniuriam propriam, aut ſuorum, prioris accuſationis inſcius, inſectatur, dempto: vt in dicto §. iiſdem. text. in l. ſiquis homicidij. C. de accuſat. gloſſ. vltima. in dicto c. de his criminibus, guſtum ſeuit Specul. tit. de abolitio. nume. 6. lib. iij. Bartol. in d. l. ſi cui. §. iiſdem. num. 1. de accuſatio. aureus textus cum gloſſ. mag. Lyncea, in l. qui de crimine priu. reſpon. C. de accuſatio. ſin ex eodem fonte, plura euolent crimina, vnius interim, alterius cunabula & accuſationem haud impediri, idem tex. verſ. ſi tamen. mordicùs tenet, quàmuis ſapiētiùs acturum Iudicem eodem modulo vtrunque trutinantem opinetur, idem ferè voluit d. l. ſiquis homici-
3 dij. in fin. reſpon. † Ignorantia autem, ex eo cōuincitur, quòd in contrarium, nulla floreat nec extet probatio, vnde ignorantia præſumitur: vel etiam probatur iuramento: Bartol. ſcitè in d. §. iiſdem. numer. 2. cum Iuribus ibi contextis & connexis.
4 † Probabitur autem ſcientia, quòd ſit vicinus, & proximus, vel quòd ea erat ibi publica fama, vbi
5 conuerſabatur: idem Bartol. nume. 3. Sed † vix hodie, nouis ſaltem ſuperuenientibus probationibus & indiciis, obſeruaretur hæc regula, ſi à ſola iudi-

çij obſeruantia laxetur multò minùs, ſi à carcere quidem, aut arreſtis exuatur, cum ſeſe repręſentandi cautione, & ſubmiſsione totiès quotięs, præcipuè aliũdè expiſcatis indiciis, aut probationibus: qua in re quàm cautè incedere debeat Iudex videbit: huius rei micam ſeuit, nec aureo hamo piſcatur, Petr. Rebuff. in prooem. Conſtitut. reg. gloſſ. v, numę. 118. vbi in fin. aureum dictum inſerit nec in
4 lente ynguentum, † nunquàm putà, ſententiam abſolutoriam, tranſire in rem iudicatam, quoad Principis Procuratorem, probationibus enatis, quoad partem ciuilem tranſeat licet, in criminalibus. De hac regu. ſuprà, eod. regu. xxxvij. à num. 4. & regu. cxxxvj. nume. 2.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa criminalis, biennio terminanda.*
2 *Biennio lapſo, abſolutioni locus eſt.*
3 *Hodie non ſeruatur: & num. 4.*
5 *Fatalium lapſorum exceptio, in cauſis leuibus, & quoad partem ciuilem adſertur.*

REGVLA CLXII.

1 Cauſæ † criminales, biẽnio ſaltem terminandæ veniunt: l. vltim. C. vt intra certum tempus crimi. quæſtio termi.
2 † Quo lapſo, abſolutioni à iudicij obſeruantia, locus eſſe creditur: dicta l. vlt, circa medium. & Iudex negligens, mulctę ſubiugatur: eò loci. in

3 ci.in fi.ſed † hodie hæc vix obſeruantur, † maximè
4 in Curiis ſupremis, vbi nulla huiuſmodi præſcriptio viget, ob proceſſuum & cauſarum multitudi
5 nem: alibi † exceptio fatalium lapſorũ in leuibus à quibuſdam adducitur.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus appellatio olim indiſtinctè nõ admittebatur.*
2 *Hodie omnis de facto, recipitur, ſiue ab interlocuto. ſiue à definit. nu.3. & 7.*
4 *Tertius pro condemnato appellans, auditur.*
5 *Ab incarceratione & detentione appellare licet, & à quo tempore.*
6 *A ſententia declaratione appellatur.*
8 *Appellans à corporali pœna, quid faciat, & quê ea appellatio ventiletur: & nu.9. & 11.*
10 *Appellans à captura, an retineatur.*
12 *Appellatio rei in pecuniaria condemnatione, quî ducatur.*
13 *Appellari à minima poteſt, à parte ciui. & Fiſco, & quid fiat: num.14.*
15 *An & quando reſtringatur reus in cauſa appellationis, & cur: & nu.16.*
17 *Hominis cauſa, omnia facta, & creata.*
18 *Quid ſi de abſolutione rei agatur, & de expẽſarum condemnatione tractetur: & nu.19.*
20 *Poteſt vnius partis appellatione, alia ſe iuuare.*
21 *Appellare à futuro grauamine, an, & quando liceat, in criminalibus, & in ciuilibus.*

REGVLA CLXIII.

1 QVàmuis de iure communi,† in criminalibus appellatio nõ indiſtinctè admittatur: text. cum glo. in l. ſiqua pœna. ff. de verb. & rer. ſignific. vbi Bart. & alij. multus eſt Ange. eius in maleſi. Tractatu, in verb. præſente dicto Caio & appellante. per totũ.
2 maximè num. 20. Attamen eò † hodie ventum eſt, vt omnis regulariter indiſcriminatim appellans (niſi in Curiis appellationes non recipientibus, ſupremis, vel aliis, incertis caſibus priuilegiatis) au-
3 diatur: ídque, † ſiue de interlocutoria, ſiue de defi-
4 nitiua, vocem traxerimus: & ita vtimur. Nam † ſi tertius, pro condemnato, appellans, admittatur: l. non tãtùm. ff. de appellatio. quàmuis credatur exceptus caſus ſpontaneæ confeſsionis: Hyppolit. de Marſil. in eius Practic. §. poſtquàm. numer. 32. cum præceden. ſi in ea reus perſeuerarit, quantò magis reus appellans, audietur? l. quantò magis. ff. de iureiuran. Authen. multò magis. C. de Epiſ. & Cler. §. & vt pleniùs. l. vnica. C. de rei vxo. actio. Angel.
5 eò loci. verſic. & quòd poſsit. numer. 32. vt † & ab incarceratione & detentione, intra decem dies, à quolibet die detentionis, quod grauamen iugiter & perpetim duret, appellare liceat: Angel. in verbo, qui Iudex dictum. verſi. quæro aliquis. numero 13. idem voluit Hyppol. de Marſil. eius in Practi. §.
6 expedita. nume. 73. & §. ordine. nume. 6. vt vel † à ſententiæ declaratione, nedum à ſententia, appellandi reo fas eſſe credatur: l. ab executore. ij. reſpõ.
7 ff. de appellationib. † Hæc indiſtincta appellandi

facul

facultas,pondus & robur accipit à l.addictos . in fin.C.de Epiſco.audien.& l.& in maioribus.& ibi gloſſ.j.C.de appellatio. & l.addictos.& l. ſiquis.in fi.iuncta gloſſ.penulti.& vlti.C.de appellationib. vbi in criminalibus,vel capitalibus,nedum ciui-
8 libus cauſis appellatur.† Appellans autem reus, ſi quidem de corporali,aut ſimili agatur pœna , ad Iudicem appellationum, actoris expẽſis, vinctus
9 deducitur,† quò coram eo ore proprio grauamina ipſémet,ſine Procuratoris aut Aduocati miniſterio,euomat & declaret: nec tunc communiter relaxatur:Angel.in verb.præſente.verſicu.quæro,
10 an appellatione.num.16.vbi † de appellante à ca-
11 ptura,an retineri nécne,debeat,digladiatur:†hæc autem grauamina,mox Fiſci Procuratori deferuntur,quò illis reſpondeat.horum inſuper grauaminum,copia parti ciuili,concedi ſolita eſt,quò illis
12 etiam reſpondeat. † Sin de mulcta pecuniaria,verba fiant,appellans reus,pecuniariam ſummam Fiſco adiudicatam,cõſignans,& pro ciuili ac expenſis cauens , crebriùs relaxatur , cum ſubmiſsione, ſeſe coram appellationis Iudice, ſuo tempore & loco in ſtatu ſiſtendi & repræſentandi, ac iudica-
13 tum ſoluendi. † Appellare inſuper poteſt, à minima,pars ciuilis,nedum Fiſci Procurator: vt ſi quidem de ſola agatur emendæ nomine pecuniariæ ſumma,tunc demùm vtroque,vehementia ſolo Fiſci Procuratore appellante , non relaxetur reus,
14 †aliàs ſic,eo tamẽ quo ſuprà dictum eſt,modo, pu tà,& ſubmittendo, & iudicatum, ad veriſimilem vſque ſummam,ſoluendi,cauendo. Quòd ſi de al-

terius farinæ, pœna infligẽda, quæritur, eo quo ſuprà dictum eſt modo, incedatur oportet, vt nempè vinctus deducatur. Et † quemadmodum in pri
15 ma inſtantia, qui ſemel carcerum vinculis relaxatus extitit, ſi Iudex in proceſſus viſione, pœnæ, vel pecuniariæ, ne dicam corporali, locum fore agnouerit, ita in appellationis cauſa, quibus reum caſibus vinculis ſolui diximus, hunc extẽplò & priùs, quàm ſententię vim olfaciat, nedum ipſi pronuncietur, retrudendum & reſtringendum ſtatuet:
16 †tùm quò illuſoria non reddatur ſententia, cùm quò ipſi in perſona, ea proferatur, mox, ſi non appelletur, ſua donanda executione. Quibus addatur, quòd ſecurior ſit perſonæ reorum, retẽtio, & faciliùs ſententiæ executionem, vel pecuniariam, victor obtineat: ſtudent enim rei, non tertij Catones, Octauij ſapientes, aut ſtultiores Coræbo, ac velis equíſque, è carcerũ vinculis euolare nitun-
17 tur, & aduigilant. Nec mirum, quum † hominis cauſa, omnia Deus erexerit, ſcitè & prudenter acturus, qui ſuarum facultatum, auxilium adſciſcat & aduocet: iuxta illud,

Et mihi res, non me rebus, ſubmittere conor.

& illud:

Quo mihi fortuna, ſi non conceditur vti.

18 †Sin de rei abſolutione, & partis ciuilis in expenſarum, & eo, quod rei intereſt condemnatione, eiuſdémque ſolius appellatione dimicetur, reus, quum de iudicato ſoluẽdo ſi dicatur, & ſeſe repræſentandi totiès quotiès promiſsione cauerit, vin-
19 culis laxabitur, ac libertate donabitur. † In contrar

trariam iuerim ſententiam,ſi vel ſolius Fiſci Procuratoris,ab ea abſolutionis ſententia, legatur appellatio: tunc enim reum retinendum opinarer, præcipuè ſi de aliquo graui dimicetur crimine. De materia appellationis rei, guſtum ſeui regu. cxxviij.à nume.10.ad finem vſque,& regu.cxxxix.
20 à num.14.his addatur,† vt vnius partis appellatione pars altera ſe iuuare poſsit, quod *employer l'ap*
21 *pel,* dicitur. Adde, vt † licet in ciuilibus,à futuro grauamine non appelletur: tamen in criminalibus,præiudicium irreparabile inferentibus,liceat appellare:vt in tortura videre eſt: Hypp.de Marſil.eius in Pract.in §.expedita.nume.69.traditur in c.vt debitus de appellat.& l.ſiquis prouocatione.C.eod.maximè à comminato.

SVMMARIVM.

1 *Verus contumax nõ auditur appellans, nec aliquis eius nomine:nume.2.*
3 *L.non tantùm.non habet locum in vero contumace.*
4 *Quis dicatur verus contumax.*
5 *Quis manifeſtus.*
6 *Contumax verus nec reſcripto admittitur,ſecundũ aliquos:niſi,& nume.7.& 8.*
8 *Contumax plura obtinet reſtitutionum genera: & nume.9.10.11.& 12.*
13 *Quid ſi haſitetur,an ſit verus contumax: & nu.14.*
15 *Ad defenſionum probationes, ore proprio teſtes reus nominabit:& nume.16.*
17 *Intellectus art.ſtili ſuprem. Senat.Sabaudiæ.*
18 *In cauſa appellationis,videtur omnis defenſio prohibita,maximè in cõtumace:quod quî intelligatur.*

REGVLA CLXIIII.

1 SVpereſt,vt† de cõtumacis appellatione videamus,& an appellans audiatur néc- ne:& in negatiuam partem in vero contumace itum eſt:putà, vt de vera contumacia conuictus,non audiatur,idque, *par fins de non receuoir,& de non valoir,* vt Practici aiunt: in Iure Lynceus text.in l.ex conſenſu.§.vlti. ff.de appellationibus.cap.fin.§.ſunt etiam quorum. ij.q. vj.gloſſ.vlti.& Docto.in Clementi.vnica.de dolo. in Clementin.text.in l.j.& ibi gloſſ.penulti.in fin. C.quorum appella.non recip.l.properandum.§.
2 ſin autem.verſicu.cùm autem.C.de Iudic. Et † ita arceri creditur, vt nemo eius nomine appellare
3 queat,† nec dictam l.non tantùm.ff.de appella.ad eum extendere alas,ſuáſque protẽdere vires, itum eſt:ſcitè Angel.in Tracta.malefi.in verb.præſente. verſicu.ſin autem abſens.Id'que odio contumaciæ fit:maximè vt ſuper principali, quis contumacis nomine non audiatur, vbi rei perſona neceſſariò
4 expoſtulatur. † Verus autem contumax videtur inuentus,non comparens,nedum ſe non vẽturum
5 aſſerens & reſpondens,† qui manifeſtus cõtumax, à quibuſdam nuncupatur: huic opinioni hæſit gl. penulti.in fin.in dicto §.vlti.in l.ex conſenſu.ff. de
6 appellationib.intellige,& dico,† hunc verum cõtumacem, ad appellãdum nõ admitti, nequidem ſi reſcripto muniatur:argumen.à contrario ſenſu, in l.diuus.ff.de reſtitutione in integrum. hoc creditur velle Innocentius in ca.cùm olim.colum.ij.
7 in verb,citatus.de dolo.† niſi fuerit minor,aut iu-

ſta

ſta cauſa fultus, de qua edoceat, cur non obtempe rarit. Aliud enim eſt nolle, aliud non poſſe: dictis Iuribus & gloſſ. & l. vlti. in fin. ff. de reſtitut. in in-
8 tegrum. Et hoc caſu, † in integrum reſtitutione, & Principis diplomate, opus eſſe creditur: purà, vt Cancellariæ literis, appellationum Iudici, ſi de ea cauſa appareat, ad appellandũ, & defenſionis cauſas inducendas reum admittat, non obſtantibus coram Iudice agitatis, illíſque ad nihilũ reductis (*mettant tout au neant, & la ſentence*) & quò de no
9 uo lis formetur, mandetur: quo caſu, † appellationis Iudex, velut noua eſſet inſtantia & cauſa, hunc reum ſuper principali, nedum grauaminibus, audiet, & cum reo præſente omnia faciet, quæ Iudicẽ prioris inſtantiæ, præſtare (ſi reus coram eo com-
10 paruiſſet) oportebat. Aliquando † ad appellationem recipiendam, reſcripta duntaxat conceduntur, non autem, quò quis in principali audiatur: quo caſu, ſuper ſolis grauaminibus appellans auditur: veluti non interpoſita intra decem dies appellatione, vel ea non releuata, intra menſem, in his partibus, & in Gallia intra tres menſes: & hoc caſu, de ſolis grauaminibus agitur, nec formatur nouus proceſſus, ſaltem ante appellationis malè iudicati, & proceſſus reformandi ſentẽtiam.
11 Nonnulli in eam iuerunt ſententiam, vt † is etiam ſine appellatione, via reſcripti, vel contra arreſtũ, omnibus expẽſis refuſis, admittatur: interim tamẽ arreſtum executioni demandari quódque partis ciuilis iudicatum, præſtita per eam cautione, regia ſeu fiſcali mulcta ac corporali pœna, ſuperce-

dente & ſopita ſeu dormiente:ſed hæc videtur ho-
12 dierna ſupplicandi ferè via. Verũ † quo caſu reum
contumacem via appellationis reſcriptæ, admittẽdum diximus, id expenſarum mulcta fieri, credimus, ob obreptiones, ſubreptiones, & literarum inciuilitatem: iuxta l. ſancimus. C. de Iudic. tunc enim, non ſuper principali negotio, ſed ſuper literarum inciuilium tenore, ac interinatione aut depulſione dimicatur, quæ vix hodie illi interinabũtur, niſi refuſis expenſis præiudicialibus ſeu contumacialibus: quo præſtito, ſuper principali re, au-
13 dietur, & velut res recens tractabitur. Quòd ſi † an hic ſit verus contumax, in dubium vertatur, & appellans legitimam ac peremptoriam defenſionis & innocentiæ cauſam, quam mox, ſaltem breui & ſummariè, aut teſtium, aut inſtrumẽtorum vi fulcire queat, alleget, vnica ei ad hoc præfixa dela-
14 tione, id fiet. † Eo tamen condimento adhibito, vt pars aduerſa, in contrarium, & proponere & probare, appellantis ſumptibus, poſſit, odio cõtumaciæ: d. l. ſancimus. C. de Iudi. & l. hi, qui. in fi. in ver. oſtende. C. de appel. & ita Galli regia Ordinatio
15 ne, vtuntur. † Tenebitur autem reus appellãs, horum teſtium nomina, & viua voce & oreproprio, aperire & enucleare: idque Iudicis ordinatione, ipſi forſitã ſoli prolata, ſubornationis timore. Et-
16 enim † quoad noua iuſtificationis, & reprobationum teſtium, facta, cum purgationis & nouæ notitiæ iuramento, poſteà admitti, vi ſtili ſupremi Senatus Sabaud. artic. clxxxj. credatur, licet: non
17 tamen † ad præcedentium factorum, & reprobationum

tionum,probationem,alij iteratò teſtes eo textu admitti videntur:vt lectura docet,quod & humanitatem habet, & lenitatem redolet. Attamen ex eo artic.verſic. *& iuſques à la ſentence excluſiuement*,&c.muro quaſi aheneo,in cauſa appellationis,præcipuè in contumace,hæc videtur via præcluſa:niſi quis art.illum de præſente ſolo enodarit & acceperit:quod & illius verba,cõfrontationem & nominationem,expoſcentia,innuere videntur, quum hæc à ſolo præſente præſtentur. Crederem tamen vel præſentem,noua facta proponere poſſe,cum iuramento purgationis, ne inſons pereat: imò, & nouos pro antiquis factis, nominare teſtes poſſe :iuxta l.vnius.§.vltimo. in verb.quocunque tempore, &c. ff.de quæſtio.quo iure vtimur. Quibus peractis,ius ſuper appellationis articulo, dicat Iudex oportet:iuxta d.l.hi,qui.De tempore defenſionum & extremo ad quod,guſtum ſeui regu.xxiij.nume.5.6.& 7.& reg.lxxix.nu.17.& aliis.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa appellationis,vel intra decem dies reo defuncto,omnia extincta creduntur.*

2 *Excipitur expreſſa confiſcationis caſus:& num.5.*

3 *Hæredi datur conſilium.*

4 *De cadauere,& ipſius ſepultura.*

REGVLA CLXV.

1 Criminali † appellatione interpoſita,vel intra decẽ appellandi dies, reo è corporis vinculis euolato, & extincto, omnia peremp

perempta creduntur:l.ij.& l.iij.C.ſi penden.appel
2 lat.mors interue. † quidam tamen confiſcationis bonorum expreſſæ,caſum eximũt: quibus l.iij.C. titu.præalleg.turris firmiſsima eſſe poterit. de his pulchrè & Babylonio campo Ange.eius in malef. Tracta.in verb.vlti.verſicu.penulti. incip. quid ſi reus,&c.Guttulã quis exhauriet ex traditis in reg.
3 cxxvj.Sapienter†autem hæredem facturum, ſi vel appellet,vel appellationem à defuncto emiſſam & interiectam,inſectetur,ſi confiſcationem exterminare aduigilet,opinatur ibi,&in verb.qui dominus Iudex videns.verſic.& prædicta.à num.41.
4 cum ſequen.& num.44.vbi Auguſt.latè.& ibi †de rei cadauere,de quo ſepeliri nécne poſsit,diximus reg.cxxvj.& tãgitur tit.de cadauerib.punitorum. l.j.ij.&iij.ff.vnde aurum quis,non in (honos ſit au
5 ribus) ſtercore quæret.†De confiſcatione, an morte rei ea euaneſcat ,& à quo tempore ei ſic locus, Phœniceus tex.in l.vltima.ff.de accuſatio. vbi diſtinctione res depingitur.

SVMMARIVM.

1 *In criminali appellationis cauſa, an Procurator pro reo admittatur:& nume.2.*
3 *Ratio regulæ.*
4 *Hodie non admittitur,niſi vt in prima inſtantia.*
5 *Maximè ſi extraordinariè incedatur:& 6.7.& 8.*
9 *In pecuniaria cauſa,quid.*
10 *De præſente.*
11 *De contumace.*

In

1 IN † criminalibus, ſiue publico, ſiue priuato dimicetur iudicio, à relegatione ſuprà, ad appellandum pro alio,
2 & proſequendum, † Procurator vel alius quiuis non auditur, quàmuis infrà credatur: l.j.& ibi glo.in verb.ignominia.ff.an per aliũ cauſæ appella.agi poſſ.vbi Palladius Bartol. relatiuè ad §.ad crimen.numer.1.& 11.cum aliis:l. penulti.ff.de publi.iudic.vbi latè Angel.eius in malef.Tractа.in verb.præſente.verſicu.ſin autem abſens.nu.
3 13.cum ſequen.† Ratio redditur à Iuriſconſult. in dicta l.j.verſic.ſin autem.ibi,Sed ipſum adeſſe auditorio debere,ſciẽdum eſt,&c. quòd præſens adeſſe reus, & appellare, ſi grauetur, & grauamina
4 ore proprio proponere, vt diximus,debeat. † Hodie eò ventum eſt,vt Procuratoris munus regulariter in principali,& citra media cauſæ, pro præſente exterminetur, extrudatúrque, vt & quiuis alius hac in re repellitur, quod reorũ perſona expoſcatur:ex Lynceo text.in dicto verſic.ſed ipſum
5 adeſſe, &c.idque † quotieſcunque extraordinariè
6 inceditur:† vnde veriorem eius l.j.intellectũ(contra gloſſ.in verb.relegationem) vſus ferè admiſit: vt et ſi de pœna,ad relegationem vſque,nedum capitali,dimicetur,& digladietur,Procurator in ap
7 pellationis cauſa, abiiciatur: quàmuis † in pecuniaria,vel ſi ignominiam annexam & ſociam ha
8 beat,ſecùs: & † hic videtur germanus & ſyncerus
9 eius l.j. intellectus.Etenim hodie † ſi pecuniaria inſtillanda veniat pœna, ſolet ad ciuilem cauſam lis reduci,quod Practici dicũt,*ciuilizer & mettre*

les

les parties en proces ordinaire: idque, vi ſtili ſupremi Senatus Sabaudiæ, articul.clxxxij.qua & Galli via vtuntur: Franc.artic.cl. *mis aux Ordonnances*
10 *Royaulx*.titu. *des procez criminels*. arti.xij.†Hoc de præſente reo, quoad appellationis proſecutionem,
11 † & de abſente cùm quoad appellationem emittendam, tùm proſequendam, ob contumaciam: quàmuis Paulus de Caſtro in contrariã iuerit ſententiam, in l.non tantùm.in fin.ff.de appel. De Procuratore primę inſtãtię, diximus ſuprà, regul.xvij.& de Aduoca.in eius appendice.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi ſanguinis pœnam redolenti, reus nõ renunciat.*
2 *Ratio huius regulæ: & nu.5.*
3 *Siue reus, ſiue alius appellauerit.*
4 *Saltem expreſsè non renunciatur.*
6 *Caſus notorij creditur excipi, quòd ille notoriè conuictus, perire non dicatur: nu.7.*
8 *Hodie forſitan audiretur in apellatione.*
9 *In pœna ſubroganda, plura obſeruanda ſunt.*
10 *In criminalibus, Iudex non ſequitur rei, vt nec partium conſenſum: ſed bene in ciuilibus.*
11 *Quid ſi tacitè videatur renunciare, nulla dicendo, & cottando, vt aiunt, grauamina.*

REGVLA CLXVII.

1 APpellationi † in criminalibus, maximè ſanguinis effuſionem redolentibus, renũ-
2 ciari nequit, † quòd non audiatur perire feſtin

feſtinans:l.non tantùm.ff.de appellationibus. vbi Paulus de Caſtro.numer.4.ſiue reus appellarit,ſi-
3 ue alius quilibet. Etenim † nemo dominus mem-
4 brorum ſuorum,fertur:quod procedit,vt vel† reo
5 inuito,appellatio cuiuſlibet admittatur, † cui ſal-tē expreſse renūciare nequit:vt ibi.vbi obtertij appellationem,ſupplicium defertur,vel reo reſiſtente:forſitan ea de cauſa,quòd appellatio,ſentētiam dubiam & anxiam reddat, certitudine(ob rei pe-
6 riculum) donādam.† Excipi ab huius regulæ mæniis,& ambitu, caſus notorij creditur: notatur apud Barto.in dicta l.non tantùm. Angelus eius in maleſi.Tractatu, in verb.præſente dicto Caio.numer.11.adduco & induco text.in dicta l.non tan-
7 tùm.in verb.perire feſtinans,&c. Etenim † notoriè & manifeſtè conuictus,ſupplicium patiens, nō perit,ſed pœna beatur condigna:perire enim dicimus,malè ordinatum & applicatum;hic verò ſupplicium homicidij merebatur,ergo acquieſcēdo,
8 perire non feſtinat. † Sed vix hodie ad executionem,hoc in caſu, ante appellationis ſententiam, iretur ob reuerentiam appellationis; & quòd hominum iudicia ſint diuerſa. Alij alium flagrantis, putà,criminis caſum,à regulæ ſepimento eximūt: Hyppol.de Marſil.in eius Practica, in verbo,examinanda.numer.5.6.& ſequen. verùm idem vide-
9 tur quod in præcedenti.† Quod nota pro cōdemnatis ad pœnam corporis,ſi mulctam pecuniariā non ſoluerint,vt Iudex nō facilè eos ad hoc, tātiſperdū de inſufficiētia expiſcetur,admittat:notatur ſcitè apud Bar.loco præalleg.vbi quid ſi quid deeſſet

nume. 2.3.& 5.
Accuſator abſens, citandus:reg.xvj.nu. 4.6.& 8.
Accuſator accuſationem non ſuſcitat:reg.xvj. numero 9
Accuſator quando infamiam incurrat: regu.cl. numero 3
Accuſatore abſente, quî incedatur:reg.xvj.nu. 1
Accuſatus, Procurator eſſe nequit, & quando: regu.lxvj.nume. 13
Acta ſine teſtibus ſubſiſtunt:reg.lvj.nu. 2
Ad actum proximum vel remotum, quãdo deuentũ dicatur:reg.cxix.nu.6
Adſiſtẽs armatus, nõ percutiens, quando opẽ præſtare dicatur: regu.cvij. nume. 8
Adſiſtens caſu & inconſultò, ex vulnere tenetur:regu.cvij.nume. 2
Adſiſtere quid ſit: regul. cviij.nume. 7
Aduocati cõſilio, an reus vtatur:regul.xvij.in append.nu.1.3.& 4. & latè reg.præced.nu. 17
Aduocatus & Fiſci Procurator crimina non omittunt: reg.cxlij.nu. 15
Aetas hominum multiplex: reg.lxxxv.num. 9
Affectus ſolus, an, quãdo, & quî puniatur:reg.cxix. num.1.3.4.5.9.10.11.& 13
Agentes, conſentientes, auxiliúmve dantes, in atrocioribus, æquè ac principalis, tenẽtur: at in leuioribus, mitiùs puniuntur: reg.xcviij.nu. 1.& 2.
Alienatio à reo facta, an & quando ſuſtineatur:regul.cxxxviij.nu.1.& 2.& nu.4.5.vbi de debiti exactiõe, &c. vt ſuprà, & nu. 6.& 7.& regu.clviij.
Alium, quàm deſtinarat, occidẽs, mitiùs punitur: reg.cxj.nu. 2.& 3
Annotatio bonorum, an, & quando, & in quibus bonis fiat:reg.xviij.nu.1
Annus, dies, & ſimilia, in libello neceſſaria:reg.vj. numero 6
Anima, quo tẽpore inſtillata

lata in maſculo, aut fœmina credatur: regula lxxxv.nu. 6.& 7
Animal brutum, & cum eo libidinem exercens: moritur:reg.cxxxj.nu. 1
Animal brutũ delinquẽs, pro rei qualitate coërcetur:reg.cxxxij.num. 1
Animal brutum ratione & iudicio caret: regul. cxxxij.nume. 2
Animalis dominus, illud iuſtitiæ exhibere & liberare tenetur: reg.cxxxij. nume. 3
Appellans à captura, an retineatur:reg.clxiij. nu mero 10
Appellans à corporali pœna, quid faciat: ibidem. nume. 8.9.& 11
Appellãs à pecuniaria cõdẽnatione, quid faciat: ibid.num. 12
Appellante reo decedẽte, etiam intra decẽ appellationis dies, omnia extincta creduntur: regul. clxv.nume. 1
Appellante reo condẽnato, quid fiat: reg.cxxviij. nu.10.& ſequentibus, ad finem vſque regulæ, vbi quî in cauſa appellationis, eatur: & regu. cxxxix.numero 14
Appellare an liceat ab incarceratione, & detẽtione:reg.clxiij.num. 5
Appellare à futuro grauamine, an, & quando liceat: ibid.numer. 21
Appellari à minima poteſt, per quem: ibid.numero 13.& 14
Appellatio cõtumacis nõ admittitur, & quãdo, & de eius materia: reg.clxiiij.nu.1.& ſeq. & regul. clxvj.nume. 11
Appellatio dubij contumacis, an, quãdo, & quî admittatur: ibid.nu. 13
Appellari expẽſarum cauſa, reo abſoluto, emiſſa, quî ducatur: ibid.numero 18.& 19
Appellatio in criminalibus, an, & quando admittatur: reg.clxiij.nume.1. 2.3.4.& 7.

meo in legitimarum Tractatu, ſi illum arridere cer nerem, alia pollicerer: ſed & ad alia migrabo, Deo Duce. ſi nō inuita Minerua, nec irato Genio hæc pro cedere nouero. Omnes autem, qui hoc criminalium cauſarum Compendium legerint, vel (vtinàm vt candidatus Cæſaris petam) obuijs vlnis rem hanc excipiant, & indè flores, ſi qui ſint, legant, & expi-ſcentur: cætera (nec enim quinquennium Neronis, hoc Opuſculum, puto, vt illud ſuis abſolutum nume ris, iudicem) non vitio vertant, ſi virtuti non ducāt, vt nec Bionæo ſermone, ac Theonino dente corro-dant, ſed miſſa faciant, iterùm atque iterùm rogo. Nam ea omnia, quò Cimmeriæ tenebræ extrudan-tur, & lux addatur, dicta, & ſcripta ſunt, & qui in contrarium ierint, in dumeta fortè correpent, quòd neminem ſale nigro denigrare, præcipuè abſentem, debeamus: vnde hi ipſo iure, cicadam ala corripe-rent, & in quos ea cuderetur faba: Scribant, quæſo, & reſpondendi adhuc meſſis in herba (vt ſpero) erit. Anneſſiaci Idib. Mart. 1566.

FINIS.

Appellatio tertij admittitur,& quando:ibid.nu.4
Appellatiõe vnius, poteſt ſe alia pars iuuare:regul. præalleg.nu. 20
Appellatione pendente, an,& quãdo reus reſtringatur : ibidem . numero 15.& 16
Appellationem rei defuncti,proſequi,& ſuam immittere,hæres poteſt:regu.cxxvj.nume.4. & regu.clxv.nu. 3
Appellationi reus non renunciat:reg.xxij.num.5. & reg.clxvij.nu.1. & ſeq.
Appellationis inſtãtia, an defenſiones admittat:regu.clxiiij.nu. 18
Appellatur à ſentẽtiæ declaratione:reg.clxiij.n.6
Argumentum in pœnalibus, à minori ad maius negatiuè viget : regula lxxxix.nu. 1.& 2
Argumentum, vel ex maioritate rationis, in pœnalibus non valet:regula xc.nume. 1
Arma euaginata, an, & quando homicidam excuſent:reg.lxxvij. nu. 11
Armorũ delatio,mali animi indicum:regu.lxxvij. numer. 11
Armorum terror excuſat: regu.xliiij.nu. 8
Aſſertio ſolius vulnerati, vel iurata, quid operetur:reg.xxxiij.nu.1. & ſequentib.& regu. xxxiiij. numer. 1.3.& 4
Aſſertio defuncti, an extraneum hæredẽ ab expenſis,& calumnia excuſet:regu.cxxx.numero 3
Aſſertio ſocij quid operetur : regula xxx. per tot. & reg.xl.nu. 5.& 6
Aſsiſiarum condemnationes:regu.cxxxiij. num. 3
Aſſocians an dolosè præſumatur:reg.cviij.n.4.& 6
Audiendus venit, ſaltem ſemel reus,à Iudice: reg. xv.numer. 2
Author tumultus, etiã de homicidio ab alio perpetrato, tenetur:regula xcvij.num. 3
Author,quî puniatur:reg. cij.

cij.num. 3
Auxilium præſtans & adſiſtens, vt æquè ac principalis teneatur, tractatũ pręcedere oportet: regu. cvij.numer. 1
Auxiliũ quot modis præſtetur: ibid.nu. 10

B

BEnignitas ab æquitate non aliena: regu. cliij.num. 14
Bona ſeſe occidentis, proſcribuntur: regu.lxx.numero 5.& 6
Bonorum publicationis actio, quandiu duret: regul.cxxvij.numer. 5

C

CAdauer rei, an ſepeliatur, ſuſpendatur, detúrve parentibus, aut Medicis ad annotomiã, & alia id genus: regula cxxvj.num.5.6.& 8.vbi de Sacramentis: & num. 10.11.& 12.& de cõtumace mortuo: num.13.& de inuento in carcere mortuo: num.15. De cadauere appellantis: reg. clxv. numer. 4
Cædes vulneratum, tenetur, & quî: regul.cv.numer.1.& aliis.
Carcer potiùs pro criminali, quã ciuili cauſa inuentus: reg.ix.numer. 1
Carcer nec pœnam, nec metum adfert: regula lv. numer. 2
Carcer priuatus: regul.ix. numer. 2
Carcer publicus: ibid.numero 3
Carcer mitior ſeni, aut debili, quàm iuueni aut robuſto, erigitur: regu.cxliij.nume. 11
Carcer, vt nec delitiarũ, ita nec tormentorum locus: reg.cxliiij.nu. 3
Carcerati, dicuntur miſerabiles perſonæ: reg.xx. nume. 7
Carceratorũ coniurationem detegens, veniam meretur: reg.cxlij.nu. 7
Carceratus debitor inops à creditore eſt alendus: reg.clj.nu. 8
Carcerum effractores, & euaſ

ſuaſores, quî, & quando puniantur: reg. cxliij. nume. 1. & aliis.
Caſu quem occidens, mitiùs punitur: regu. xj. nu. 4. & reg. cxiiij. num. 4
Cauſa ciuilis ardua, criminali æquiparatur: regu. cxlvj. nume. 25
Cauſa ciuilis, aliquando criminalizatur: reg. xxxix. nume. 3
Cauſa appellationis, videtur ſterilior: regu. lxxix. nume. 17
Cauſa, quæ in criminali ſententia Iudicem mouerit, exprimēda: reg. cliiij. num. 2. quàmuis ſecùs in ciuilibus: niſi, &c. ibid. num. 1. 4. & 5
Cauſa criminalis, biēnio terminanda: reg. clxij. nume. 1. & 2
Cauſa vel fatua, vtcunque reum criminis excuſat: reg. lxxx. nume. 1
Cauſa fatua, aut credulitas, à dolo excuſat: regu. lxxxj. nume. 1
Cauſa fatua, vel credulitas, non præſumitur: ibi. nume. 2
Cauſa mutatæ pœnæ, in ſententia exprimenda: reg. xciiij. nu. 8
Cauſa carcerati, dicitur pia: regu. cxx. nume. 4. & ſummaria: nu. 6
Cauſæ concluſio, in criminalibus non, ſed in ciuilibus fit: reg. xiiij. n. 3. & 4
Cauſæ concluſio, quid ſit: ibid. nume. 9
Clauſula, Super quibus omnibus, &c. regul. iij. & iiij. & lxxvj. nu. 11
Clementia, quid: reg. cliij. nume. 10
Colludentis, aut deſiſtentis, pœna: reg. cxx. nu. 11
Cōpoſitiones hodie prohibitæ: reg. cxxij. nu. 1. 4. 5. & 6
Confeſſo reo, quid: regu. 12. nume. 6. 8. & 9
Confeſſus crimen cū qualitate non probata, mitiùs punitur: reg. lxxvij. nume. 1. & 3
Cōfeſſus crimen, cū qualitate non probata, tortur

turam euadit: præalleg. reg.nu. 2
Confeſsio erronea nõ nocet,& quando:regu.xxij. nu.3.& reg.xlix.nu. 4
Confeſsionis error,ad ſententiam vſque proponi poteſt:regu.l.nu.7.8.& 9
Confeſsio ſocij,quid operetur:reg.xxx.nume.1.& aliis ſequentibus.
Confeſsio de alio tãtùm, aut de ſe & de alio facta, in tortura vel extrà,quid operetur: reg.xxxj.nu.1. & aliis ſeq.
Confeſſus vnum crimen pro alio,ſine indiciis nõ torquetur:reg.xliij. nu.1. & 2.& reg.xlviij.nu. 5
Confeſsio, ob minatam quæſtionẽ,extra torturæ locum licet facta, tenet, & quando:reg.xliiij. numero 5.& 6
Confeſsio, ob cibi & potus denegationem,carceriſve mutationẽ,facta, reo non nocet:reg.xliiij. numero 9.& regul.xlix. nume. 10
Confeſsio tormentorum metu facta,nõ nocet:regu.xlviij.num.1.2.3.& 4.
Confeſsio ſpontanea nocet:regu.xlix.numero 1. 2.3.& ſequent.& quãdo: regu.liij.numer.1.2.& 3. nec ineptitudinem admittit: d.regul. xlix. numero 11
Confeſsio ſpõtanea, quot & quibus caſibus nõ noceat:regu.liij.nu. 7
Confeſsio ſtantibus indiciis facta, nõ reuocatur: regu.l.nume. 1.& 3
Confeſsio quando,& quî reuocetur: ibid. numer. 2.& regul.lj.nu. 1
Confeſsio,ad condemnationem,perſeuerantiam deſiderat: regu.l. num.4. & quî fiat perſeuerantia: regu.lj.nume.1.2.3.4.& 5.
Confeſsio non perſeuerata,quæſtionem adfert:regul.l.nu. 5
Confeſsio declarari quidem,ſed perimi non poteſt:regu.lj.nume. 1.& 2
Cõfeſsio ſemiplenè probat

bat:regu.lij.nu. 6.7.& 8
Confeſsro infamat: ibid. nume. 7
Cõfeſsio poſt diem & noctem, debet continuari: regu.lij.num. 9.& 10
Confeſsio perſeuerata nocet, ſi aliæ adſint probationes: ibidem.nu. 3
Confeſsio extraiudicialis ad torturam eſt ſufficiẽs, & ſemiplenam probationem facit: regul.liiij. nume. 1.& 2
Cõfeſsio extraiudicialis, ad condemnationẽ non ſufficit: niſi geminata: ibid.nu. 4
Confeſsio coram incompetenti Iudice facta, ſeruanda: ibidem. nume 8. & præſtat indicium ad torturam. ibidem. num. 10. non item ad condemnationem: nu. 11
Cõfeſsio extraiudicialis, in tormentis perſeuerata, ad condemnationem ſufficiens creditur: ibid. num. 9
Confeſsio in carcere facta, valet, & quando: regul.lv.num. 1
Confeſsioni rei, vtiliter adhibentur teſtes: regula lvj.num. 1.& 3
Cõfeſsioni legitimè factę, ad cõdemnationem, aut torturam vſque, vel tacitè continuatæ, quãdo ſtetur: reg.lij.num. 11
Confeſsio qualificata, quî ſit acceptãda. reg. lxxvij. nume. 14
Cõfeſsio in cauſa ciuili facta, in criminali præiudicat: reg.lvij.nu. 5
Confeſsio in vno iudicio facta, in alio, inter eaſdẽ perſonas, nocet, niſi contra eam iudicatum ſit: ibid.lvij.nu. 6
Confeſsio minoris, quando ſit nulla: regu.lix.numero 11
Confeſsio incidenter facta, vera delicti pœna nõ punitur: regul.lxxviij.numero. 1.& 2
Cõfeſsio principaliter facta, & notorium inducit, & punitur: ibidem. num

numer. 3
Confeſsionem, Sacerdos non detegit:reg. clx. per tot.& quando.
Confeſſus cuſtodiẽdus venit:regu.liiij.nu. 6
Cõfeſſus extra iudicium, vel mulier, cogitur perſeuerare:ibidem. numero 6.& 7
Confiſcationi, an & quãdo ſit locus,& de eius materia, Babylonio cãpo: regul.cxxxix.per totum. & regu.xix.nume.viij.& regu.cxxxviij.num. 3
Coniecturarũ magna vis: regu.cix.nu. 7
Conſuetudo generalis eſt, vt ſolus affectus, nõ æquè ac effectus puniatur:reg. cxix.num. 14
Conſuetudo à pœna temporali quidem, ſed non à gehẽnali aut ſpirituali, reum eximit:reg.lxxxvj. num. 1.& 5
Conſuetudo vel pernicioſa ac ſceleſta, vel à iure Canonico non damnatur:ibidem.num. 2
Conſuetudo quæ ſuſtineatur,& quæ non:ibid. numero 3.& 4
Conſulens maleficium, in minoribus, aut atrocioribus, quî,& quando puniatur:regu.c.nu. 1.& 2
Conſulentes, conſentientes,& ſimiles, non vexantur, reo principali ignoto:regu.cj.nu. 1.& 2
Conſiliũ, an & quomodo in delictis reuocari poſſit:regu.c.nu. 3.& 4
Correctionum & emendationum materia: reg. cxiiij.num. 3
Corrigens aliquem, an, & inquantùm teneatur:regul.lxxiij.nu. 3
Corpus læſum, viſitatur ante inhumationem :regul.ij.num. 6
Cõtrahere ebrius nequit: regu.cxvj.nu. 4
Contractus carcerati, an, quî,& quãdo valeant:reg. lvij.numero 1.& ſequen.
Contumax quis ſit:regula xix.numero.2.& regula clxiiij.nu. 4

Con

Contumax, quî quis fiat: ibid.nu. 3
Contumax intra annum comparens, an, & quando audiatur: ibidem. numero 9.& 10
Contumaci, quî formetur proceſſus: regu.xix.num. 4.& tribus ſequentibus.
Contumax nô auditur appellans: regula clxiiij.a nume. 1.ad finem vſque.
Cõtumax quis verus, quiſque manifeſtus dicatur: ibid.nu. 4.& 5
Contumax plura obtinet reſcriptorum genera: regul. præcedẽ.nu.6.7.& 8
Contumaciales condemnationes: reg.cxxxiij.numer. 3
Creditor tenetur alere ſuum debitorem inopẽ, carceratũ: re.clj.num.8
Crimen nõ eſt ſine delinquente: regu.1.nu. 2
Crimen quod infamiam irroget, regu.x.nu.1.& 2
Crimen vbi agitetur: reg. vij.num. 1.& 6
Crimen morte extinguitur, & quãdo: reg.cxxvj. per totum.& regul.clxv. per totum.& regula lxx. nume. 3.& 4
Criminum proſequutio, quæ ſit: reg.x.nu. 3
Crimen ſeſe occidentis, non extinguitur morte, vt nec pœna: reg.lxx.numero 3.& 4
Crimine incidenter obiecto, quid: regu.xvij.num. 6.& regul.lxxix.
Criminalia celeriter expedienda: regula xx.numero 1
Criminalia ciuilibus præferenda: ibid.nu. 2
Crimina ſunt maximi præiudicij: regula xxv. numero 3.& 4
Criminum ex eodem fonte & facto manantium, vno terminato, aliud puniri poteſt: reg.cxxxiiij. numero 1.& 2
Crimen in modum exceptionis obiectum, quî & quando puniatur: regula lxxix.num.1.18.20.& 23
Crimen excipiendo obiiciens

nume. 10
Exceptio fatalium lapſorum, in cauſa appellationis, an admittatur: regu. clxij. nu 5
Exceptio peremptoria admittenda: regula iiij. numero 6. & regul. xxj. numer. 3
Exceptionem dilatoriã, declinatoriam, aut perẽptoriam, reo obiiciente, quid: regu. xij. nu. 4. & 5
Exceptiones defenſionis rei, nulla lex prohibet: regu. xxj. nu. 1
Excipiens, ſe nõ inſcribit, niſi: regu. lxxix. numer. 3. & nume, 23
Exouiator, an & quando admittatur, & quæ præſtet: regu. xvij. nume. 7. & 8. & regu. xviij. numer. 8
Exouiator, pluriès eadem inſtantia mittitur: regu. xviij. num. 11
Exouiator rei, etiã in cauſa ciuili, admittitur, & quando: ibid. nu. 11
Exouiator in ciuili cauſa, pro actore non admittitur: ibid. nu. 13
Exouiator mittitur, impedimentis ſuperuenientibus: ibid. num. 14
Excuſator, pro rei abſentia & innocentia proponenda, admitti videtur, & quando: regu. xviij. numero 1
Exculpatio vulnerati, reũ à tortura & condemnatione liberat, & quando: regul. xxxiiij. numer. 2. & regul. xxxv. numero 1. & aliis ſequentib.
Excedens legis permiſsionem, dolo feciſſe nõ præſumitur: regul. lxxiiij. numero 1. & 2.
Excedens legis permiſsionem, de ſolo exceſſu tenetur: regula lxxiij. numero 1. & 2
Excedẽs dolosè & ex propoſito, qui teneatur: reg. lxxiiij. nu. 4
Exiens extra muros, effractori carceris æquiparatur: regul. xiiij. num. 4
Eximens reum è manu iuſtitię, aut carcere, quî puniatur:

niatur: reg.cxlij.num.11
Expenſis cuius, proceſſus criminalis texatur: regu. clj. numero 1.& aliis ſequentibus.
Expenſarum condemnatio, in quem irrepat: regul.cl.nu. 1.& 7
Expenſarum condemnationem, quando pars ciuilis incurrat: re.xxxvij. nume.5.& ſequen.
Expenſarum condemnatio, quando in Fiſci Procuratorem ſerpat: ibidē. nu.9.& ſequen.
Expenſarum periculum, in Iudicem quando repat: regu.xxxvij. nu.15.& regu.xlij.nume. 1.& 2

F

FAlcem in alienam ſegetem, quis non immittet: reg.clx.nu. 5
Fama, ad inquiſitionē indicium eſt ſufficiens: re. ij.nume. 3
Fama ſola, ad torturā non ſufficit: reg.xxvij.nume. 2.& reg.xxix.nume. 4
Fama debet eſſe eiuſdem farinæ, & delicti: regula xxix.nu. 1
Fama, in aliis delictis grauatur: ibid.nu. 2
Fama neruoſiſsimè conſeruanda: ibidem nu. 3
Fama, in ciuilibus cū vno teſte ad condemnationē ſufficit, quàmuis ſecùs in criminalibus: reg.pręal. nume. 5.& 7
Fama, cum vno teſte de iure Canonico, etiā in criminalibus, ad cōdemnationem ſufficit, vt quibuſdam videtur: ibidē. numero 6
Fauorem delicto præſtās, quî & quando teneatur: reg.xcix.nu. 1.& ſeq.
Fautores, ſequaces, participantes, & adhęrētes, quî, & quando puniantur: regul.ciij.nu. 7
Fatalia, in cauſis appella. in leuibus criminibus, quoad partem, videntur in non ſupremis Curiis obſeruata: reg.clxij.nu. 5
Febris, ſi vulnus ſubſequatur, quid: reg.cv.nu. 7

Fideiuſ

tentiam vſque poteſt:regu.xij.nu.13. & reg.xiiij. nume. 2
Defenſor differt à Procuratore:reg.xviij.nu. 5
Defenſionis abſentis,vtilitas:ibid.nu. 6
Defenſionibus reus nõ renunciat:reg.xxij. num. 1
Defenſiones vbique locorum, admittuntur: reg. xxij.nume.2.& reg.xxiij. numero 7
Defenſiones ante torturam, aut condemnationem,admittendæ: regu. xxiij.nu. 1.& 3
Defenſiones rei,in quibus conſiſtant:ibidem.nu. 2
Defenſionis cauſa,non factum homicidium, præſumitur:reg.lxxvij.nu.22
Defenſiones rei, Princeps tollere nequit:regu.xxij. numero 7
Defenſiones à ſentẽtia adferre reus poſſe, non videtur:regul.xxiij.nu. 6
Defenſio omnis moderamẽ expoſcit: reg.lxxiiij. numero 3
Defenſio neceſsitatem expoſcit:reg.lxxvij.nu. 5
Defenſio rei, aliquãdo ex informationibus ipſis decerpitur:ibidem.nu. 6
Defenſor, quæ articulanda habeat neceſſe:ibidẽ. numer. 10
Defendere ſe poteſt, vel confeſſus : ibidem. numero 15
Defenſiones, reus habet probare neceſſe, & quando:ibidem. numer.16.19. & 20
Defenſiones, quî è proceſſus corpore extrahãtur: ibidem. nu. 20
Defenſionũ probatio admittitur, quãdo aliàs lis finiri nequit : ibidem. numero 21
Deprehenſi in fornicatione,allegando matrimonium, pœnam non enatant:ibid.nu. 7
Detractioni libelli,aut additioni,an, & quando ſit locus:reg.lxxvj.nu. 10
Doli abſentia,pœnam extenuat:reg.lxxx.nu.. 2

Dolus

Fideiuſſoribusquádo reus relaxetur, & quádo nó: reg.clviij. per totum.& reg.cxxv.nu. 8

Fideiuſſoréaccipere, quã do Fiſci Procurator teneatur, & compellatur: reg.clviij.nu. 5

Fiſcus regulariter non lucratur expenſas: regula xxxvij.nu. 14

Fiſcus an habeat hypothecam in bonis rei, mulctæ nomine, & an creditoribus præferatur, & quando: reg.ciiij.nu. 1.2.3

Fiſci Procurator, quando in expenſis condemnetur: reg.cl.nu. 2

Filiusfam. an & quando in criminalibus agat, aut defendat, ſiue ſit maior, ſiue minor, ſiue publico, ſiue priuato agatur iudicio: reg.lx.nu.1. & aliis ſeq.

Filiofam. minori, an detur curator ad lites in criminalibus: reg.vj. nu.1.& 2

Fœmina torqueri poteſt: reg.xxxvj.n.4.&cxxviij. num.8.vbi quid ſi ſit grauida.

Fuga, quando indicium ad torturam præbeat: regu. xxxij.nu.1. & 2. vbi de latitante idem creditur, quod de fugiente.

Furioſus, infans, dormiens aut inuaſus occiſor, qua pœna teneatur: reg.cxv. num.1.2.3.& 4.vbi de fatuo, ſtulto, mente capto, & aliis id genus: & numeris ſeq.

Furioſus quî cuſtodiatur: regul.cxv.nu. 8

G

GRauamina, ore proprio, reus dicit, & quádo: reg.xvij. in appendice.nu.4.in fin. cum regul.ibi adductis.

Gratia ſemel obtenta, nó reiteratur: niſi, &c. regu. cxlv.nu. 1.& 2

H

HAEres rei, ſuiipſius homicidæ, innocentiam purgare poteſt: reg. lxx.nume. 6

Hæres defuncti rei, innocétiá purgare poteſt: reg.

cxxvj.nu. 4
Hæres defuncti necē vindicans, excuſatur à calumnia, & expenſis, & quis:reg.cxxx.nu. 1
Hæredi nō vlciſcenti defuncti necem, hæreditas aufertur, & quando: regul.cxxvij.nu. 7.& 8
Hæres defuncti rei appellationē proſequi poteſt, vel ſuam immittere, quò ipſius innocentiam purget, & confiſcationem enatet:reg.clxv.num.3.& reg.cxxvj.nu. 4
Homicidium, dolo, culpa, caſu, & pluribus aliis generibus ſerpit: regula lxxxiij.nu.3 & regul.ciij. numero 8
Homicida iure Diuino moritur:reg.lxxxvij.n.3
Homines, pœnæ leuitate ad delinquendū inuitantur:reg.lxxxvij.nume. 2
Hominis cauſa, omnia facta creduntur:reg.clxiij. numero 17

I

IGnorātia præſumitur: niſi, &c. reg.xcviij.nu.4. & regul.clxj.nu. 3
Ignorantia quî probetur: reg.clxj.nu. 3
Ignorantia quē occidens, quî teneatur: regu.cxvij. numero 2
Imperitia Medici, ſi læſus moriatur, quid:regul.cv. numero 8
Impetu quem exanimans, quî teneatur: reg.cxviij. numero 3
Inculpatio vulnerati ſola, parùm nocet reo:regula xxxiiij.nu. 1
Indignatione quem occidens, quî puniatur:regul. cxviij.nu. 1
Indulgentia, pœnam quidem, ſed vt non infamiá abolet, ita nec reſtituit bona, niſi nominatim ea hæc comprehendantur: reg.cxlvj. numer.1.2.& 3
Indulgētia, à reſtitutione differt:reg.cxlvij.numero 4.& 5
Indicia, indiciis tollūtur: reg.xviij.nu. 8
Indiciorū copia, reo, quò illis

illis reſpondeat, danda: regul.xxiij. numer.4. & reg.xxviij.nu. 4
Indicia ad torturam ſufficientia, Iudicis arbitrio cōmittuntur: reg.xxviij. nu. 1.7.& 8
Indiciorum genera plura: reg.xxviij.nu. 2
Indicia grauia, aut leuia, quæ ſint: reg.lxij.nu. 5
Indicia nouem ad condēnationē ſufficientia: reg. xxviij.nu.5. & regul.lxij. nu. 2.& 6
Indubitata indicia, quæ ſint: reg.lxij.nu. 4
Indiciis dubitatis, ad torturam; indubitatis verò, etiā ſine tortura, ad condemnationem, itur, & quando: reg.lxij.nu. 7
Indicia dolum, aut nō dolum arguētia: reg.lxxxij. nu.6.7.& ſeq.
Indicia furorem, aut dementiam arguentia: reg. cxv.nu. 5
In dubiis, clementia præferenda: reg.cliij.nu.9.& reg.cviij.nu. 2
In paribus aut dubiis, rei fauor præfertur: regula lxviij.nu. 10
Innocentia rei, fauorabilis: reg.lxj.nu. 6
Iniuria vel verbalis, infamiam irrogat: regu.lxvj. numero 9
Infamis quis dicatur: reg. lxvj.nu. 6
Infamia, multiplex: regul. lxvj.nu. 10
Infamia, teſtis oſsibus hæret: ibidem.nu. 15
Infamiam, quando accuſator incurrat: regu.cl.n.3
Inquiſitio non fit, ante crimen commiſſum: reg.1. numero 1
Inquiſitio non fit, contra non diffamatum: regula ij.nu. 1
Ioco quem occidens, mitiùs punitur: regul.cxvij. numero 1
Ira quem occidens, quî teneatur, & eā habeat probare neceſſe: regu.cxviij. numero 2
Inſtrumenta, vel poſt teſtium publicationem, &

cóclusionem, Iudex pro reo admittit:regul. xiiij. nume. 1
Iudex, vel nemine postulante, rei innocentiam tueri debet: regul. xviij. nume.4.& regul.xxj.numero 2
Iudex tenetur de torti exceſſu:regu.xl.nume.7. & regul.xlj.num. 2
Iudex,& culpa & dolo excedere poteſt:regul. xlj. numer. 2
Iudex in criminalibus, aut ciuilibus, an, & quãdo partes ad pacem redu ducat:regu.cxxiij.nume. 1.2. & 3. vbi de compromiſſo.
Iudex excedens in tortura, aut aliàs, quî puniatur:regu.xlj.nume. 2
Iudex an poſsit eſſe compromiſſor: reg.cxxiij.numero 3
Iudex appellãtem exequi faciens,quî puniatur:regul.xlj.nu. 4
Iudex ex cauſa, à vera delicti pœna deflectens, corporalem non indit: reg. lxxxviij.num. 1
Iudex grauiorem lege pœnam imponens,infamiç labem non infert:regul. xlj.nume. 6
Iudicis plura vitia: regula xlj.num. 5
Iudicis munus, crimina expiare: regul. lxxix. numero 22
Iudicis, malè iudicantis, pœna:regula xlij.numero 1.& 2
Iudex iniquè vexans,expẽſas fert:regul.xxxvij. numero 15
Iudex non in criminalibus,ſed in ciuilibus,partium conſenſum inſectatur:regul.cxlviij,numer. 4.5.& 6.& regul. clxvij. numero 10
Iudex poteſt aliquid adiudicare, pro reparatione ſui tribunalis: regula cxxxix.nume. 3
Iudex negligens,remouẽdus:regul.cxliij.nume.8
Iudicis negligentia:regul. cxliiij.num. 4.& 5

Iudex debet viſitare carceratos, ſingulis diebus Dominicis: reg. cxliiij. nume. 1.& 2

Iudex nec durus, nec mitis eſſe debet: regu.cliij. numero 1.2.3.4.5.& ſeq.

Iudicium ordinariũ, extraordinario nõ officit, nec ecõtrà: reg.cxxxiij. nume. 4

Iudicio vno terminato, aliud auſpicari poteſt: ibid.nu.5.& reg. cxxxv. nume. 1.& 2.

Iudicium vnius criminis, terminatũ, aliud ex eodem fonte manans, non impedit: reg.cxxxiiij.n.1

Iuramentum in merè pœnalibus, nec deciſiuum, nec ſuppletiuum, defertur, & quãdo, & quid in acceſſoriis: reg.lxj.nu.1. & 2.& 10.11.12.13.& 14.

Iuramentũ accuſator reo, non, ſed reus actori defert: reg.lxj.nu. 3.& 4

Iuramentum Iudex, an & quando deferat, & cui: reg.lxj.nume. 5

Iuramentũ quando reum ab infamia eximat: reg. lxj. nume. 7

Iuramentum à pacto differt: ibid.nu. 8

Iuramentum, etiam in ciuilibus nedum criminalibus, quando non deferatur: ibid.nu. 13

Iurans, infamiam non incurrit: reg.cxxj.nu. 10

Ius Diuinum, Ciuili non mutatur: reg.lxxxvij.nume. 4

Iuſta cauſa facit, vt mitiùs cũ reo agatur: reg.lxxxviij.nume. 3

Iuſtitia Diuina, ab humana differt: regu.xciij.nume. 2.& 3

L

Lata culpa, in pœnis corporalibus, vt dolo non æquiparatur, ita nec infamiam irrogat: reg.lxxxij.nu. 2.& 3.

Latitatio an, & quãdo indicium ad torturã præbeat: reg.xxxij.nu. 2

Legatum carcerato factũ, pium dicitur: reg.xx.n.5

Lex aut ſtatutum, de pœna corporali verba faciens, de crimine dolo perpetrato, intelligitur: reg.lxxxiij.nu. 1
Libellus obſcurus in criminalibus, aut ciuilibus, an admittatur: regu. vj.nu. 1.2.& 5
Libello detrahi, aut addi, an, & quando poſsit: reg. lxxvj.nu. 10
Libidinem cũ bellua exercens, moritur cum illa: reg.cxxxj.nu. 1
Literæ indulgentiæ, an, quãdo, & per quem obtineantur: reg.cxlvj. nu. 1.& ſeq.& reg.præced.
Literæ quas vocãt *de ſurceance* in criminalibus, ferè inuſitatæ: regu.cxxvij.nume. 9
Literas reſtitutionis in delictis, quis, & quãdo obtineat: reg.cxlvij.
Literas gratiæ, quis obtineat: regu.cxlv.& cxlvij.
Literas abolitionis, quis, & quando obtineat: regu.cxliij.

M

Mandans quem percuti, quî & quando teneatur: reg.cix. nume. 1.2.3.& 4
Mandans, mandatum reuocans, an, & quãdo teneatur: ibi.nu.6.13.& 14.
Mandatarij dictum, exile in mandantem: reg.cix. nume. 8
Mandatum domini, Superioris, Iudicis, patris, cõducentis, an, & quando excuſet: ibid. nu.9.10.11. & 12
Mãdatum quî reuocetur: ibid.nu. 13.& 14.
Medici imperitia læſo extincto, quid: regu.cv.nu. 8.& reg.cvj.nu. 4
Medici ſunt velut vulnerum & mortis Iudices: reg.ij.nu.7.& regu.clvij. nume. 11
Medici quî ſeligantur ad vulneris inſpectionem: ibid.nume. 11
Medicis, ex vulnere, potiùs, quàm teſtibus aliunde mortem irrepſiſſe, aſſerent

ferentibus, creditur:reg. cvj.nume. 9
Medicis variis vel dubiis, mors ex vulnere præſumitur:ibid.nu. 10
Medicus ante ſententiam conſulendus:regu. clvij. nume.1. & ſequentibus. vbi latè de ea materia, & de Medicorũ opinionibus, eorũque officio.
Metus tormentorũ, quando prę́ſumatur:reg.xlix. nume. 6.9.& 10
Minæ an, & quando ſufficiant ad torturam: regu. xxviij.num. 6
Minor viginti quinque ann.aduerſus crimen reſtituitur, & quando:reg. lviij.num. 1.4.& 5
Minor ſola criminis confeſsione, læſus præſumitur:ibid.num. 2
Minor in atrocioribus, perſonaliter reſpondet: reg.lix.nu. 4
Minor omnium delictorum, carnis dempto, capax:ibidem.num. 8
Minor tùm agendo, cùm omittendo peccat: ibid. numer. 9
Minor an, & quando de homicidio teneatur :regul.cxv.nume. 7
Minores in criminalibus, tutore, aut curatore indigent:regu.lviij.num.3.& regul.lix.numer.1.2.3.& 10.vbi quando.
Minorũ crimina, quæ puniantur:regu.lviij.nu.6. & reg.lix.numer. 7
Modi expiandi crimina, plures:regu.1.numero 8. & reg.iij.nume. 1
Modi, ad quos rei recurrant:regu.ij.num. 8
Moritur cum bellua, cùm ea libidinem exercẽs:regul.cxxxj.num. 1
Mors regulariter non infligitur, ſine dolo:regula lxxxij.num. 10
Morte rei pœna extinguitur:regu.cxxvj.nume.16
Morte rei, crimen extinguitur, & quando:ibidẽ. num.1.2.7.13.& ſequenti.
Morti dicatus, vlteriùs nõ auditur:regu.cxxix.nu.1

Mortis cauſam, incogitatò præbens, mitiùs punitur: regu. cxj. num. 1

Mortui memoria damnatur, & quãdo: reg. cxxvj. numero 3

Mortuus inuentus in carcere, eius ratione in cuſtodem, in præſumptionem itur: reg. cxliij. nu. 9

Mulier citiùs pubeſcit, ꝙ citiùs intereat: regula lxxxv. nu. 8

Mulier abortionis, aut cõceptiõis gratia, quid abſumens, quî puniatur: ibidem. num. 3. 4. & 5

Mulier quando poſsit incarcerari: regula ix. numero 4. & 5

Mulier per torturam cogitur confeſsioni extraiudiciali perſeuerare: regul. liiij. num. 6

Mulier torqueri poteſt: regul. xxxvj. nú. 4. & quando, ſi ſit grauida: regula cxxviij. nu. 8

N

NOtarius ſi ſuam eſſe ſcripturam abneget, quid: regul. xlvj. numero 20

Notario, an teſti credatur: ibid. num. 22

Notario, relatum ſibi ab abnuente, dicente, quid: ibid. num. 23

Notario quem ſponte cõfeſſum, dicente, quid: regu. xlviij. nu. 2

O

OCcidens ſe, cõſcius præſumitur: regul. lxx. num. 1

Occidens ſeipſum, ſepultura caret: ibidem. numero 2

Occiſi bona, ad quem deferantur: reg. lxxxiiij. numer. 3. & 4

Occiſoris ſuiipſius, morte crimen non exterminatur: regu. lxx. nu. 3. & 4

Occiſoris ſuiipſius, bona proſcribuntur: ibidem. numer. 5

Offenſo, eſt inſtantia ſignificanda, aut eius hæredi: regul. j. num. 11

Offenſus, eſt citandus, an velit accuſare: regu. j. numer

mero 9
Officialis mitiùs punitur: regu.xxxvij.nu. 12
Opem aut fauorem præſtans, quî & quando teneatur: regul.xcix.numero 1.2.& 5
Opē quot modis quis delinquenti præſtet: ibidē. numer. 3.4.& 5

P

PActus de crimine, illud fateri videtur, & quando: regu.cxxj.numero 4.& 8
Paciſci quinque modis licet: regu.cxx.num. 10
Paciſcēs in criminali aut ciuili cauſa, an & quando infamiam incurrat: ibidem.numero 7.& 8
Par conditio mox occidētis, & occaſionem præbētis: reg.cvj.nu. 13
Patris authoritas in criminalibus, ratione filiifamil. an & quando requiratur: regu.lx.numer. 1.& ſequen.
Patris aut matris, dolus, culpáve, quî, & quando puniatur: regul.lxix. numero 3.& regul. lxxxiiij. nume. 1.& 2
Peritus, aut Coryphęus in aliqua arte, Reipubl. cauſa conſeruatur; regula cxxxvij.nu. 2
Periurus reus condemnatus infamis: regu.lxj. numero 9
Poculum amoris, ſterilitatis, aut abortionis, dans, quî teneatur: reg.lxxxv. nume.1.2.& 3 Vbi de poculo conceptionis.
Pars ciuilis, quando in expenſis condemnetur: regula.cl.num. 1.& 7
Pœna pecuniaria, an, & quando migret in hæredem: regu.cxxiiij.numero 3
Pœna vnius rixoſi, alios non liberat: reg. ciij. numero 6
Pœna non egreditur perſonam delinquētis: niſi, &c. regu.cxxiiij. numer. 1.2.& 3.& reg. cxxvj.nume. 16
Pœna extraordinaria ple-

ctitur, qui in legem certa pœna deſtitutam, cōmittit:reg. xcj.nu. 1
Pœna extraordinaria, corpus haud attingit:regula xcij.numer. 1
Pœna lege grauiore indita, infamia nō ſerpit, nec infertur:reg.xlj.nume. 6
Pœna colludētis, aut deſiſtentis:reg.cxx.num. 11
Pœna mitior honeſtioribus, quàm vilioribus, imponitur:reg.xciij.nume. 1.4.5.6.& 7
Pœna corporalis quando pecuniariæ ſubrogetur: reg.cxxv.num.6.& reg. clxvij.nu. 9
Pœna ordinaria, vt extraordinaria, mutari iuſta de cauſa, poteſt:regu.xciiij.nu.1.idque augendo, vel minuēdo:ibid.numero 23.& aliis.
Pœna, ſi inquiſitionis, nō ſi accuſationis via incedatur, mutari poteſt: regu.xcv.num. 1.& 2
Pœna condemnati, Reip. cauſa mutari poteſt:reg. xciiij.nume. 9
Pœna pecuniaria, quādiu duret:reg.cxxvij.nu. 3
Pœna corporalis quæ ſit: reg.lxxxviij.nu. 2
Pœna corporalis, niſi dolus adſit, haud imponitur:reg.lxxxij.nu. 1
Pœna Aduocati, aut Procuratoris, reūm inſtruētis:reg.xij.nu.17. & reg. xvij.in append.nu. 2
Pœna extraordinaria, ordinariam non tollit, nec econtrà:reg.cxxxv.nu. 1
Pœna reo impoſita, ipſius morte euaneſcit: regul. cxxvj.nume. 16
Pœna præter naturā, aut ex accidenti, proueniēs, haud conſideratur:regu. cxlix.nume. 1
Pœna calumniātiū, quæ: reg.cl.nu. 4
Pœnæ leuitate, homines ad delicta inuitantur:regu.lxxxvij.nu. 2
Pœnæ corporali, de iure Cano. an ſit locus:regu. x.nume. 5
Porcus pueros comedens, punit

punitur:reg.cxxxij.nu.2
Prælatus negligens,arcendus:reg.cxliij.nu. 7
Præſcribantur,& quādo, crimina: reg.cxxvij.per tot.
Præſumatur quando dolus in reo:reg.lxxxij.numero 9
Præſumantur ineſſe,quæ qualitates,& quæ nō,ſed probationis pōdere,indigeant:reg.xciiij.nu.10
Præſumi delicta,non creduntur:reg.cviij.num.3. & infrà,eodem.
Præſumi nō creditur tormentorum metus: regu. xlix.nume. 6
Præſumi nō creditur metus in criminalibus, ex carcere:reg.lv.nu. 4
Præſumi quando dicatur vindicta:reg:lxxvij.n.12
Præſumi non creditur iuſta cauſa,in reo:re.lxxxj. nume. 2
Præſumi delicta non creduntur: reg.lxix.num.5. & 6.& ſuprà,eod.
Præſumptio violenta, in criminalibus,nō, ſed in ciuilibus ſufficit,& quādo:reg.lxiij.nu. 1
Præſumptionibus ſolis reus non condemnatur, & quando:reg.lxij.nu. 1
Præſumitur nō defenſionis cauſa, peccatum:reg. lxxvij.nu. 22
Præſumitur dolus ineſſe, omni actui illicito & iniurioſo:reg.cxij.nume.1. & reg.cxiij.nu. 1
Præſumitur contra mandatarium:reg.cix.nu. 8
Præſumitur quis delicto adfuiſſe caſu potiùs,quā dolo:reg.cviij.num.1.4. & 5.niſi,&c.
Præſumitur ignorantia: niſi,&c.reg.xcviij.nu. 4
Præſumitur delictum,deliberatione præcedente, & quî:reg.cvij.nu.6.& 7
Præſumitur Iudicis ſæuitia mortuus, qui in tormentis deceſsit:regu.xlj. nume. 1
Præſumitur metus in ciuilibus ex carcere : reg.lv. nume. 5

Præſumitur conſcius, ſeſe exanimans:reg.lxx.nu.1

Præſumitur in foro conſcientiæ, culpa, ſed non in foro cōtentioſo: reg. lxix.nu. 1.& 4

Probato delicto, non autem qualitate ei annexa, reus ſit abſoluendus, nécne,& quid:reg.lxxvj. numer.1.& ſequen.& regul.vj.

Probatio reprobationũ, ac factorum iuſtificatiuorũ, cuius expenſis fiat: regu.xij.nume. 14

Probatio reprobationũ, ac factorum iuſtificatiuorum in manibus ſit Iudicis:reg.xv.nu.3.& ſeq. vbi de ſupremis Curiis: & nume.5. vbi de minoribus Iudicibus.

Probatio,ex non vulnere mortuum,læſum,difficilis:regula cv.nu. 16

Probatio defenſionũ, quî fiat:reg.xxij.nume. 6

Probationes plures imperfectæ, ad vnam plenam non nectuntur, &, quando: regul.lxiiij. numero 1

Probatio indiciorũ, duorum ſaltem teſtium numero,erit contenta : regul.xxv.nu. 1

Probatio doli,& non doli, quî fiat:reg.lxxxij. numero 5.cum ſequenti. & regu.cxij.nu. 2

Probatio ſemiplena vni⁹, omni exceptione maioris, teſtimonium requirit:regu.xxvj.numero 1

Probatio nō doli eius eſt, qui eum allegat : regula cxiij.numer.3.& 4.vbi in ciuilibus prȩſumitur nō dolus.

Probatio indicij remoti, teſtium nō integrorum teſtimonium admittit: regul.xxvj.nu. 2

Probatio clarior in criminalibus, quàm in ciuilibus,requiritur:reg.xlvj. numer.21.quum in illis, aliorum Iudicũ relationibus non ſtetur.

Probatio accuſatoris, rei probatione,quò reus dánetur

netur, vrgentior multò eſſe debet:regu.lxviij.numero 3.& ſimilibus.
Probationes contrariæ in criminalibus,aut ciuilibus,quid operētur:ibidem.num.1.2.3.5.10.& 11
Probatio ignorantiæ, quî fiat:reg.clxj.nu. 3
Probatio ſciētiæ,quî fiat: ibidem.num. 4
Proceſſus criminalis, cuius ſumptibus rexatur:regul.clj.num.1.& ſequen.
Proceſſus criminalis, biēnio terminatur: regula clxij.num, 1.& 3
Procurator in criminalibus,an & quādo floreat: reg.xij.nume.22.& reg. xvij.num.1.& 2.& regu. clxvj.nu.1.3.5.& ſeq.
Procurator Fiſci,quando in expenſarum condemnationem irrepat:regu. xxxvij.nume.9.& ſeq.& reg.cl.nume. 2
Procurator Fiſci,quando fideiuſſorem, rei nomine, acceptare teneatur, & quando nō:reg.clviij. nume. 5
Procurator eſſe nequit reus factus, tātiſperdum ſeſe purgauerit:reg.lxvj. nume. 13
Procuratoris Fiſci culpa, non dolus,dominum ligat:reg.xxxvij.num. 13
Proditor, Eccleſiæ priuilegiis non gaudet: regu. xcvj.nu. 2
Proditoriè bannitum vita exuens,punitur: ibid. nume. 3
Proditorius actus,omniū delictorum ſcelus deteſtabilius:ibid.nu. 1.& 4
Promotor tumultus etiā de geſtis ab alio tenetur: reg.xcvij.num.3.& reg. ciiij.num. 1.& 2
Prouocati pœnam,Iudex poteſt lenire:regu.lxxij. numero 1
Prouocatus non vera delicti pœna,ſed mitiùs punitur:reg.lxxj.nu. eod.
Prouocatus potiùs culpa,quàm dolo deliquiſſe præſumitur:ibid.num. 2
Punitur Iudex, ſine iuſta cauſa

cauſa pœnā ordinariam mutans:reg.xciiij.nu. 11

Q

QValitates pœnā aggrauantes,aut extenuantes, quæ: regula xciiij.numer.10.vbi quæ ineſſe præſumantur, & quæ deeſſe, quæ've probandæ.

Quando criminaliter & ciuiliter agi poteſt,an & quādo vno iudicio,aliud euaneſcat:reg.cxxxv.nu. mero 1.& regul.cxxxiij. num. 5

Quādo reus principalis, dubius aut incertus fertur,contra conſent.conſul.& id genus alios,non inquiritur, nec proceditur:regul.cj.nume.1.& 2. & quid hodie:num. 3

Queſtio nō in leuibus,ſed grauibus criminibus applicatur:regul.xxiiij.numero 1.& regu.xxxix. numero 1.& ſequentibus.

Quæſtioni, in ciuili ſaltē ardua cauſa,locus eſt:regu.xxiiij.nu. 3

Quæſtio in clandeſtinis ſceleribus , faciliùs quā in aliis adhibetur: regu. xxvij.nume. 1

Quæſtio,aliis natis indiciis,& aliàs repetitur:regu.xl.num. 1.2.& 3

Quæſtionis dandæ via:regu.xxxvj.num.1.& aliis.

Quæſtio paſſa omnes exterminat probationes, & quando:reg.xxxvij.nume.1.& aliis ſeq.& regu. l.nume. 6

Quæſtioni non eſt obnoxius, vnum crimen confeſſus, pro alio indiciis deſtituto:reg.xliij.numero 1.& 2

Quæſtio præſentari , nec dari,aliquādo poteſt, & quomodo: reg.xliiij.nume. 1.2.3.& 4.

Quæſtionis extra torturæ locum cōminatio facta, cōfeſsionē indè ortam, non exanimat nec eneruat:ibid.nu. 5

Quæſtionis timor, cōfeſſo prodeſt, & quando: ibid.nume. 7

Quæſtionis metus, quando adeſſe dicatur: regu. xlix.nume. 9
Queſtioni, qui non ſubiiciantur: reg.xxxvj.nu. 9
Quæſtionem patitur reus varius: reg.xlvj.num. 27
Quæſtio, in ſecretis, & conſiliis, de facili datur: regul.xxvij.nu. 3
Queſtionis verbo quid veniat: regu.xliiij.nume.10
Quæſtioni ſubiici, teſtis quando poſsit: reg. xlvj. num.1.& aliis ſequenti.
Quæſtionem paſſus, confeſſus non perſeuerans, iterùm torquendus: reg. l.nume. 5
Quæſtio purgat indicia: ibidem.nume. 6
Quot modis, & quibus quis delinquat. reg. viij. numer. 1

R

Ratum habẽs crimẽ, an, & quando teneatur: regu.cx.nu. 1.& 2
Reaccuſare quando reo liceat: regu.iiij.nu. 3
Recuſari Iudex, quando poſsit: ibidem.nu. 2
Remiſsio criminoſi quã do ſit locus: reg.7.n.3.& quot requirantur: nu.4.
Remiſsio iniuriæ in vno iudicio facta, an proſit in alio: regul.clix. numero 1.2.3.& 4
Remiſsio iniuriæ, in teſtamento, confeſsione, mẽſa Domini, iuratáve, an proſit reo: ibidẽ. numero 2.6.& 7
Renunciare reus appellationi, an, & quando poſſit: regula clxvij. numero 1.& 11
Renunciare defenſionibus, reus, an, & quando poſsit: regul. xxij. nu.1.
Reconuenire quando liceat in criminibus: reg. iiij.nume. 2
Recommendari reus, pro alio crimine poteſt: regul.clvj.num. 1.& 2
Recommendari an reus poſsit pro debito ciuili: ibidem.nu. 3
Reus præſens auditur: & quid tandem: reg.xij.numero

mero 1.2.& 21. & regula xvij.num. 3
Reo negante, quî proceda tur:reg.xij.num. 16
Reo reſpondere abnuente, quid:ibidem.num. 18
Reus criminis ſoluēdo nō exiſtens, luit in corpore: regula cxxv.nu.1.2.3.& 4
Reus criminis, quî carcerum mortem euadet:ibidem.num. 5
Reo inuito de ipſius bonis, vel per extraneum, ſolui poteſt:reg.cxxv.nume.7.& ſolutum de ſuo, vel extraneus repetit:numero 9
Reus non ſoluendo, fideiuſſoribus non laxatur: ibid.nu.8.& regu. clviij. numer.1. & ſequentibus.
Reus, vt mitiùs puniatur, quid agat:regul. cxxxvj. nume. 1
Reus ſemel cōdemnatus, iterùm non vexatur pro eodem crimine:ibidem. nume.2.& 3.& regu.clxj. nume. 1.2.& 5
Reus criminis non nouos honores, ſed munera adipiſcitur:regu.cxlj. numer.1.& quando: numero 2
Reus criminis, Procurator eſſe nequit, ſi ſe non purgauerit:reg.lxvj. numero 13.& regu.cxlj.numero 3
Reus varius, torquetur:regul.xlvj.nume. 27
Reus, an, & quādo exigat debita:regu.cxxxviij.numero 5
Reo inuento in carcere mortuo, cuſtodis culpa id factum præſumitur: regul.cxliij.num. 9
Reo ſe ſuffocante, occidēte, vulnerante, an cuſtos teneatur:ibid.num. 10
Rei conſenſum non in criminalibus, ſed in ciuilibus ſequitur Iudex:regu. cxlviij.numer. 5.& 6
Rei plures, inſolidum tenentur:regu.clj.numer.5
Rei condemnati, non relaxantur, tantiſperdum ſatisfecerint:ibidem.numero 6.& 7

Reus

Reus decedens ante ſentẽtiam, vel pòſt, intra decẽ appellationis dies, vel appellatione pẽdente, à crimine liberatur, & quã do: regul.clxv.num. 1. & regul.cxxvj. per totum.
Rei fauor, in proceſſus deciſione, ſed accuſatoris erectione, præfertur: regul.clij.num. 1.& 2
Rei licitæ dans operam, ſi præſtãda, adhibuerit, de caſu non tenetur: regul. cxiiij.num. 1.& 2
Rei illicitę dans operam, etiam de ſubſecutis, tenetur: reg.xcvij.n. 1.& 2
Reincidens in morbum (qui conualuerat) vnde moriatur, quid: reg.cvj. nume. 12
Reſtitutio omnia reſtituit: niſi, &c. regu.cxlvij. numero 1.& 2
Reſtitutio, an ius tertio quæſitum ambiat: ibid. nume. 3
Reſtitutio ab indulgẽtia differt: ibid.nu. 4.& 5
Rixæ prætextu, quî quis puniatur: regu.ciij. nu.1. 2.3.4.& 5
Rixoſum ſequentes, ei fauentes, adhærẽtes, & participantes, quî & quãdo puniantur: ibid.nu. 7

S

Sacerdos, criminis cõfeſsionẽ, ne quidem à Iudice cõminatus, detegeret: niſi, &c. reg.clx.numero 1.& 2
Sacerdos reuelans confeſſionem, punitur: ibid.numero 4.& 6
Sacramẽta, an miniſtrentur reis, & quæ: reg.cxxvj.nume. 8
Scientia, quî probetur: regu.clxj.nume. 4
Scientia ſola nõ æquè punitur, atque factum: niſi, &c.reg.xcviij.num. 3
Sententia contra excuſatũ, nulla: reg.xviij.nu.9
Sentẽtia in criminalibus, quî feratur: reg.cxxviij. nu.1.2.& 3.& reg.clv.n.1
Sententia criminalis non reuocari, ſed declarari poteſt: regul.cxxviij.numero

lxv.nume. 2
Teſtium reprobationes, dolo & malitia nõ caſſorum, admittendæ, & quando:reg.lxvj.nu. 4
Temporis ac diei diuerſitas, rem diuerſam denotat:regu.lxxvj. numer.3. & regu.6.nu. 2
Tranſigere ſuper crimine capitali quidem, ſed ſuper aliis nõ licet, & quãdo:regul.cxx. numero 1. & 4. & regula cxxj. numero 1.2.& 3
Trãſactio quid operetur: regu.cxx.nu. 3
Tranſactio & pactum differunt:ibidem.nu. 7
Tranſactio calumnioſa, neutri parti prodeſt: regu.cxx.num. 12

V

Vagabundus, omniũ ſubit Curiam: reg. vij.numer. 2
Vbi de crimine agatur: ibidem.num. 1.& 6
Vbi maius periculum, ibi

Veritas criminũ, vt plurimùm, in rei pectore abdita:regu.xxiiij.num. 2
Veritas odium parit: reg. cxliiij.nume. 6
Venenum tenens, & habens, ad illud dandum, quî puniatur:reg. lxxxv. numero 10
Vim vi repellere licet, & quando, ſiue de perſonali, ſiue de reali agatur, ſiue de propria, aut ſuorũ iniuria tractetur: regula lxxvij.num. 9
Vindicta quando præſumatur:reg.xliiij .nu. 12
Vniuerſitas ſi delinquat, quî eatur:regul.xvij. numero 9.& regu.cij.
Vniuerſitas delinquere poteſt, & quî puniatur: regul.cij. numero 1.3.4. & 5
Vniuerſitas quî ſoluat mulctam pecuniariam: ibid. numer. 6.& 7
Vniuerſitas ſeu congregatio, quæ illicita dicatur:

gul.cvij num. 4

Vulnerati culpa, reũ excuſat,& quando:reg.cv. num. 11.13.& 14

Vulneratum cædens tenetur,& quomodo: regula cv.numero 1.& aliis ſequentibus.

Vulneratus, ex vulnere mortuus prǽſumitur:niſi,&c.ibidem. numer. 9. & 10. vbi de morbo indè ſerpente:& numer.11. ſi breui decedat:& regu. cvj.nume. 1.2.3.& 8

Vulneratus, vulnerantem occidens,ad quid teneatur:regul.cv.numero 15. remiſſ.

ex nõ Vulnere mortuum læſum, difficilis probatio:regu.cv.num. 16

FINIS.

non habetur: regu. xiij. nume. 1
Tacens in tortura non eſt iterùm torquendus:reg. xl.nume. 9
Teſtes, in rei fauorem, etiam à publicatione, Iudex ex officio poteſt audire:reg.xiiij.nu. 1
Teſtes venire vel deponere nolentes, cogẽdi ſunt, & quî:regu.xlv.numero 1.2.3.& 4
Teſtes non ſunt quidem neceſſarij, ſed vtiles, in rei confeſsione: reg.lvj. nume. 1.& 3
Teſtes in actis non neceſſarij:ibid.nume. 2
Teſtes in reum deponentes, omni exceptione maiores eſſe oportet:regu.lxv.nu. 1
Teſtes reprobantur in criminalibus, in confrontatione,& poſteà: in ciuili verò cauſa, poſt enqueſtæ productionem, ante ipſius publicationẽ: ibi-
& ad teſtium accuſatoris reprobationum probationẽ, ore rei proprio nominandi:regu. clxiiij. nume. 15.& 16
Teſti, aliter in quæſtione, quàm anteà, deponenti, quî ſtetur:reg.xlvj.nu. 11
Teſti de credulitate in criminalibus, deponenti, ſtatur, quàmuis ſecùs in ciuilibus:regula lxxv.numero 1.& 2
Teſtibus veriſimilius deponentibus, ſtatur:ibid. numero 7
Teſtibus in criminalibus, negantibus in rei fauorem potiùs, quàm in eũ affirmantibus ſtatur: ibidem.numer.11. ſecùs in ciuilibus:ibidem. nume. 11.& 13.vbi quid hodie.
Teſtis, vel domeſticus, pro rei innocẽtia an,& quando admittatur:reg. lxv.nu.4.& latiùs: regu. xxj.nu. 2
Teſtis mendax, aut vacil-

LVGDVNI,
Excudebat Jacobus Faurus.

3456